SVPPLEMENTA ET EMENDATIONES.

Ad p. 3. *CARMINA Roswithæ*, opera Conradi Celtis, Noribergae ſunt typis publicis expreſſa, non anno 1500 nec 1505, ſed anno 1501. Conf. God. Gu. Leibnitius in Introd. ad To. II. Collect. Scriptor. Brunsvic. p. 29. et Caſimirus Oudinus in Commentario de Scriptoribus eccleſiaſticis To. II. ſaec. X. p. 502. ſqq.

Ad p. 11. Locus *WOLFGANGI LAZII* de Migr. Gentium L. IX. p. 526. ed. Francofurt. 1600. fol. ſic habet: *Wernekymus Dux de Engern et Yburg ex Gundehilde, Rugorum Principis nata, tulit duos filios, Brunonem Ducem Saxoniae, et Vitikindum, Ducem ab Engern. Bruno Dux Saxoniae primus à Carolo Magno conſtitutus: ex Suſanna Comitiſſa Montisfortis et de Rotenfan, Lutholphum genuit, a Ludouico Pio Saxonibus Ducem datum, circa annum* 820 *ſepultum in Gundershaym, quod fundavit: et qui ex Oda Oſtrofranca reliquerat Tanquardum, Ekbertum, Brunonem ſubmerſum in Oceano, conditorem Brunſuicenſis ciuitatis, Ludgardim Ludouici Pii Imperatoris coniugem, Haymodem et Gebirgem moniales et abbatiſſas in Gandershaym. - - Cuius* (Vitikindi) *filiorum* (Vitekindi, Vigberti et Walberti) *alter Lutoldus Brunonem et Ottonem reliquit.* Omnia ab hoc ſunt confuſa, pleraque falſo relata.

Ad p. 20. lin. 1. Mathildis illa ſecunda vulgo habetur pro Brunſuicenſi, ſed ortu fuit Woldebergico.

Ad p. 24. Nota (m) infra eſt omiſſa, et, quae id ſignum praefert, eſt nota, (n) ad Eckharti ſententiam pertinens. Deſideratur ergo ſchema ſententiae Gundlingianae.

Ad p. 28. lin. 12. Probabilius eſt, Hadewigem Warini iunioris fuiſſe filiam, vt ſupra indicaueram.

Ad p. 29. (h) Wigandi Vita B. Waltgeri p. 285. iſthaec habet, et ipſa quidem fuit edita in Appendice ad Chriſtiani Franciſci Paullini Gaeographiam curioſam, Francof. ad Moenum 1699. 4.

Ad p. 38. *Gerriki* non fuit Erich in Thuringia, eo quod villa Erich ad dioeceſin Berwardi, Epiſcopi Hildeshemenſis, referri non potuit. Muto igitur ſententiam. *Gerriki* et *Gerrikibuſun* eſt villa, nunc praedium, Erkshuſen iuxta pagum Obberhuſen ad amnem Aue.

Ad p. 42. Ioannes Trithemius in Annal. Hirſaug. To. I. ad a. 954. p. 24. *His temporibus Bruno Dux Saxonum conſtruere coepit monaſterium illud monialium ordinis S. Benedicti, quondam famoſum in Saxonia, quod Gandersheim adpellatur, quod Ludolfus Dux filius eius magnifice conſummauit.* Idem p. 25. *Idem Ludolfus Dux praenominatus conſtruxit coenobium virginum ordinis S. Benedicti in partibus Saxoniae, quod Brunteshuſa nominatur. Reliquias a Papa Nicolao primo accepit.* Hinc patet, quomodo ea ſucceſſu temporis corrumpi poſſint, quæ ſola nituntur traditione.

Ad p. 51. *WIGANDVS* in Vita B. Waltgeri p. 292. *Huius* Waltgeri humilitati Rex (Ludovicus Pius) *commiſerans, filiam ſcilicet Hervordienſem eccleſiam, regali dominio commendatam vel manumiſſam, in ſuam defenſionem ſuſcepit, &, ſicut novam Corbeiam ad inſtar veteris Corbeiae exſtruxit, ita iſtam, ſecundum iura Sueſſionis in Gallia, conſtituit.*

Ad p. 89. Henricus et Otto Sigfridi I Comitis Northeimenſis non exſtiterunt, ſed Comites Catelnburgici. Otto Dux Bavariae non Sigefridi filius fuit, ſed Bennonis. Vt prius ſtatuerem, in cauſſa fuit Ditmarus, qui Sigfridi II *confratres* vocat illos Catelnburgicos. Vt poſterius comprobarem, impulit me autoritas D. Simonis Friderici Hahnii. Sed vtraque ſententia refellitur ab Annaliſta Saxone. Vide ſupra p. 1463. ſqq. Ita dies diem docet. Honori mihi duco occaſiones, quibus adducor ad errores exuendos.

Ad p. 90. Wicmannum fuiſſe filium Bennithi, patrem Billungi, Eccardi eſt coniectura, quam nunc iudico audaciorem.

Ad p. 123. lin. 13. Sic alii me docuerant. Legi poſtea autographum in eo *Perauhuſen.*

Ad p. 131. ſqq. Legatur *Origo Juris Advocatitii*, der Kaſtenvogtey, in Conſiliarii aulici Wilhelmi Friderici Piſtorii Amoenitatibus Hiſtorico-iuridicis P. II. p. 57. ſqq.

Ad p. 138. ſq. Diploma Altfridi Epiſcopi et Ludovici Pii eſt ſuppoſitum et fictum. Sigilla adtuli ad formam ligno inciſam ruditer expreſſa. Scriptura ſaeculi noni non eſt. Et quomodo Ludevicus Pius adhibuit epocham, a nato Chriſto deductam?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ad p. 140. Leibnitius iam exploſit illam Hoffmanni genealogiam Blankenburgicam. Vide potius ſupra p. 1364. ſqq.

Ad p. 168. Facillime confundere poſſumus Northemium ad Leinam cum Northemio ad Werram. Ad poſteriorem locum pertinet *nobilis de Northeim*, qui coenobio S. Stephani Herbipolitano multa donauit in Marcha *Northeim* ſita. *SCHANNATI Vindem. litter*. P. I. p. 66. Bern et Hodo ad Northemium Leinenſe non ſunt referendi. Id facile innoteſcet lectori, traditiones Fuldenſes verſanti.

Ad p. 173. Eſt, qui Azelam ſeu Giſelam Immedingam pro matre Henrici II Imperatoris Regisque, Sancti cognominati, habet. Scriptores aetate ſuppares et Genealogiſtae ſolidiores refragantur. Giſela enim, mater Henrici Regis, ſecundi, exſtitit filia Conradi Regis Burgundiae ſuperioris ſeu Juranae. Teſtem compello Hermannum Contractum ad a. 905. Confer Cel. Ioannis Dauidis Koeleri *Stemmatographiam Auguſtam Saxonicam* p. 38.

Ad p. 175. Quae errata heic ſunt admiſſa, ea videbis emendata p. 1496. De cetero Fridericus Comes Palatinus et Gotteseccenſis obiit a. 1088, 7 Kal. Jul. in Barbi. Chronicon Gozecienſe p. 220. et Dedo frater eius in Polede occiſus periit a. 1053. Chronicon idem p. 212. ed. Maderi. Fridericus IV, Canonicatu Magdeburgenſi relicto, duxit vxorem filiam Comitis Sizzonis et occubuit a. 1124 ad Dingelſtet.

Ad p. 198. Ludolfus de Waltmerode occurrit apud Bothonem p. 346. Burchardus vocatur Comes Boz de Waltingerodhe ad a. 1180 in diplomate Friderici Imperatoris apud Lindenbrogium p. 168. n. LXII. Ludolfus cum Burchardo fratre obuius eſt apud Heineccium in *Antiqq. Goslar*. p. 176.

Ad p. 207. Coenobium Luneburgenſe non adnumeratur feudis Ganderſemenſibus, ſed caſtellum. At nexus ille, ſiquis fuit, jam exſpiraſſe credendus ineunte ſaeculo XIII, ob Friderici II Imperatoris diploma ſuper erectione Ducatus Brunsuicenſis et Luneburgenſis.

Ad p. 218. Poſtea monuimus, nomen vxoris Bernhardi I fuiſſe Hildegardis ob Chronicon Quedlinburgenſe ad a. 1011. p. 192. To. III. Menck.

Ad p. 404. Sigillum Mechtildis, vxoris Ottonis Pueri Ducis, dedi in *Novis Eruditorum Actis* a. 1733. menſe Martio. Ibidem de ſigillis Ottonis Pueri, non confundendis, monui nonnulla.

Ad p. 406. Seriem natorum ex Philippo ſeniori liberorum recte collocauit Pfeffingerus iunior. Philippus natus fuit a. 1509. Erneſtus a. 1512. Eliſabetha a. 1520. Catharina 1524. 24 Febr. Albertus a. 1521. Iohannes 1526. † 1557. 2 Sept. Barbara a. 1528. Wolfgangus a. 1531. Philippus a. 1533. in die Corporis Chriſti.

Ad p. 408. Bernhardus II fuit adminiſtrator Epiſcopatus Hildeshemenſis ad a. 1452 ad a. 1459. To. II. Leibn. p. 802.

Ad p. 621. *Tutinſoda* non eſt Langenſalza, vti olim coniectaui, ſed locus ad Werram et Allendorfium. Zollmannus locum vocat *in dem Soden*. Celeb. Fridericus in Commentatione de *Salinis Halenſibus* c. 3. p. 320. To. I. *Opuſculorum phyſico-medicorum* ita deſcribit locum: In Haſſia non ignotae ſunt Allendorffenſes ſalinae, quae procul dubio antiquiſſimae ſunt et Cattis olim paruerunt, eo quod praeter ibi exſtantia antiquitatis rudera, quamplurimis ſeptae ſunt ruinoſis munimentis et aedibus, quas accolae inhabitarunt et fontem ab hoſtium incurſionibus, et inditum eis nomen eſt *Soden*, a Germanica voce *Sieden*. Fons in paludoſo ſolo profunde admodum demittitur, et ſcatebra largum quidem, ſed ſale parcius fetum, laticem emittit, eamque ob cauſam ſalſugini variis artificiis in caſis ſalariis nimiam humiditatem demere debent. Sal vero bituminoſis carbonibus, nec non ſubiecto ligno elicitur, et per Haſſiam, Palatinatum, et Reno adiacentes regiones divenditur.“ Hæc ille.

Ad p. 658. ſq. Auganagawi, olim Auga et Audan in Ludovici Pii determinatione dioeceſeos Hildeshemenſis, quae ab Henrico II repetita fuit. Venzigawi, ſeu *Wentsgoi* videtur Cel. Grupio ad Viſurgim locanda. Eriggawi in libris noſtris ponitur vel ad Erichsburgum vel ad Erich in Thuringia. Svilberigawi fudit etiam duas ſententias, vnam militantem pro Swülper in tractu Magdeburgico, alteram ad Sigelberg quaeritantem. Sed Botho Comes illis tractibus ſingulis ius dixit. Vnde probabile eſt, pagos fuiſſe admodum vicinos. Ad villam Sele eſt *Spigelberg* et amnis *Speil* haud procul Bodenburgo. Sed ratio diplomatis publicati fuit ſingularis, quam enarrare non eſt huius loci. *Sueuicus pagus* fuit ad villam Barthislevum et Helmſtadium, in Comitatu Ottonis, fi-

lii

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lii ex Adelberti Comite geniti. Vide diploma Hermanni Anti-Caeſaris ad a. 1083. p. 685. *Antiqq. Halberſtad.* Leuckfeldi. *Lisga* ad Oſterodam ab amne Liſe cognominatur.

Ad p. 768. ſqq. *MARGARETHA* Abbatiſſa Ganderſemenſis declarat diplomate publico, virum nobilem, *Comitem Lodevicum de Everſteine* ex conſenſu fratrum ſuorum duos manſos, ſitos ad Grene, quos ipſi ab eccleſia Ganderſemenſi in feudo tenuerant, ſibi reſignaſſe, vt ei cum omni iure transferrentur in poſſeſſionem eccleſiae Amelungesbornenſis; ipſam vero, de conſenſu et voluntate Capituli ſui precibus Comitis dare locum, et alios duos manſos in Budendale ſitos, quos Comes teneat, eccleſiae ſuae velle proprios, a Comite in poſterum eodem nexu feudali poſſidendos. Teſtes exſtiterunt Clerici, Theodericus de Calchem, Hermannus Cappellanus, Herbordus ſacerdos de Emka, Ketherus Prior in Amelungesborne, milites Gerhardus et Henricus dicti de *Curia.* 1257.

Eadem a. 1270 in die B. Benedicti de voluntate et conſenſu ſui Capituli proprietatem manſorum duorum, in Grene ſitorum, tradit M. Abbati et coenobio Amelungesbornenſi, inducta precibus ac procuratione nobilium *Comitis Henrici de Waldenberg* ac *filiorum eius Hermanni ac Henrici*, qui loco eorum manſorum eccleſiae Ganderſemenſi contulerunt proprietatem trium manſorum, ad maius Elvethe ſitorum. Teſtes Burchardus de Waldenberg et filius eius Hermannus, ac caſtrenſes in Waldenberg Luppoldus de *Luttere* et Andreas filius ipſius, Conradus de *Elvethe*, Henricus de *Herre* milites, Thidericus plebanus S. Georgii ad Ganderſem, Johannes de Wunſtorf Canonicus, Waltherus de *Ganderſem*, Henricus *camerarius*, Gerhardus de *Curia*, Bruningus *Advocatus.*

MARGARETHA Dei gratia *Abbatiſſa de Ganderſem* vniuerſis preſentem paginam au-“
dituris ſalutem in omnium Saluatore. Vt ea, que rationabiliter geſta ſunt, me-“
moriter teneantur, tenore preſentium ad notitiam omnium cupimus pervenire, quod“
poſtquam *Hermannus miles de Ganderſem* conſenſu heredum ſuorum reſignaſſet nobis“
ſeptem manſos, ſitos in *Edingehuſen*, nos manſos illos nobis liberos et ſolutos contuli-“
mus Abbati et conventui noualis S. Marie Cyſtercienſis ordinis, perpetuo poſſiden-“
dos, dantes eis preſentes literas, ſigillo *noſtro* videlicet et *eccleſie noſtre*, *plenum adhi-“
bentis conſenſum*, roboratas in teſtimonium ſuper eo.“ *FORMVLA* feudi reſignati:

VEnerabili Domine ſue Margarete Ganderſemenſis eccleſie Abbatiſſe Hermannus et“
Hildeboldus fratres de *Perremunt*, ac Conradus cognatus ipſorum, paratam ad“
quecunque beneplacita voluntatem. Honeſtati veſtre preſentibus cupimus eſſe notum,“
quod duos manſos in *Grene* ſitos, quos de manu veſtra tenuimus, veſtre gratie reſi-“
gnamus, conditione tali, quod proprietatem ipſorum Amelungesbornenſi eccleſie con-“
feratis in perpetuum, libere poſſidendam. ſcientes, quod cum ad Vos acceſſum ha-“
buerimus oportunum, idem manu et lingua faciemus, et hoc tenore preſentium pro-“
teſtamur.“ Tradiderunt Comites illos manſos nominato coenobio a. 1270. in die“
Chryſogoni Martyris.

MARGARETA a. 1283 donauit Amelungesbornenſibus vnum manſum ad *Grene* ſitum, a Johanne de Dalem filiisque eius Engelberto et Rudolfo, ac Lippoldo filio fratris eius ipſi reſignatum, quem coenobio Amelungesbornenſi antea Henricus de Waldenberg vendiderat.

MARGARETA eadem teſtatur, Albertum piſcatorem de Edingehuſen Dominumque Hermannum de Getren et fratrem eius Geroldum, Monachos in Amelungesborne petiiſſe, vt ipſa confirmaret venditionem vnius areae et nouem iugerum, in Edingehuſen ſitorum, factam Bertramo Abbati, et coenobio. Ipſa igitur confirmat venditionem conſenſu Canonicorum, 1303 in die B. Brixii Epiſcopi et Confeſſoris.

Ad p. 770. ſq. et Dominos, dictos de Pleſſe.

LVDOLPHVS iunior, dictus de *Pleſſe*, manſum vnum in Holthuſen ſitum fratri Theoderico de Snetingehuſen decem marcis puri argenti vendidit. Teſtes Abbas de Steine, Hermannus ſenior de *Hardenberge*, Guntherus et Henricus de Boventen. 1427. Idem quatuor manſos, in campo Holthuſen apud Moringen ſitos, cum Comite Burchardo de Scartveld conſanguineo ſuo, qui tertiam eorum tenebat partem, permutauit contulitque Abbati eccleſiae Steinenſis, recepta aduocatia in Volporgehuſen. Teſtes Abbas de Amelungesborne, Bernhardus aduocatus de Northene aliique. 1248. 11 Kal. Febr. Idem Gerhardo Archiepiſcopo Moguntino omnem poſſeſſionem in villa Holt-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

huſen, iuxta Moringen, reſignat. 1250. Idem ea omnia vel hereditario iure poſſeſſa, vel ex matre ſua Comite Lutterbergica ad patrem translata, confert coenobio Amelungesbornenſi 1254. Teſtes ſunt nobiles de Pleſſe, nempe Hermannus et Otto fratres, Hermannus ſenior de *Hardenberge*, et frater eius Theodericus aliique. Renuntiatio et traditio facta fuit in coemiterio ante caſtrum Pleſſe.

LVDOLFVS et *GODESCALCVS* de Pleſſe fratres vendunt 20 marcis eccleſiae Amelungesbornenſi duos manſos, in Henigehuſen ſitos, liberos ab omni exactione. In caſtro Pleſſe 1234. Teſtes viri nobiles et honeſti Thitmarus et Bodo fratres de *Adeleveſſen*, Hermannus et Erneſtus de *Vslaria*, Bernhardus et Guntherus fratres de *Hardenberge*, Guntherus de Boventen iunior, Hermannus de *Gladenbeke*, Henricus Poſtock, Engelfridus de Reddigehuſen.

HEILWICH filia *Bernhardi de Pleſſe*, maritus eius Comes Borchardus de Bilſten, *Poppo* de Pleſſe et vxor eius *Mechtildis* tradunt acceptis 25 marcis Amelungesbornenſi eccleſiae duos manſos et partem tertii, in villa Heyningehuſen ſitos, 12 6.

GODESCALCVS de *Pleſſe* conſentit itidemque Ludolfus, filius Ludolfi fratris, addito alio manſo ad villam Rotwigeshuſen, vt filium *Hermannum*, Brunſuici obaeratum, redimeret. Fideiuſſores ipſe *Hermannus*, vxor eius *Benedicta*, filiique vtriusque *Hermannus*, *Godeſcalcus* et *Otto*. Teſtes C. Widekindus de Bilſten, Guntherus et Henricus milites de Boventen, Lippoldus de Bernerhuſen, Widekindus et Nodinchus de Bernerſem fratres. 1238.

LVDOLPHVS iunior aduocatiam ſuam in Holthuſen ſuper bona Euerhelmi, receptis duodecim marcis puri argenti, vendit Amelungesbornenſi eccleſiae 1247. *Ludolfus* vendit eidem eccleſiae manſum vnum, receptis octo marcis. 1256. Idem renuntiat omni iuri in bona ad Holthuſen ſita, que coenobium id a patre ſuo Ludolfo emerat. Sigillum addidit Godeſcalcus de Pleſſe, ipſius cognatus. 1269.

LVDOLPHVS et *GODESCALCVS* fratres et *Poppo* de Pleſſe teſtantur, Thidericum de Bergoldeshuſen reſignaſſe eidem eccleſiae manſum dimidium, ad villam Bergoldeshuſen ſitam. 1240.

POPPO de *Pleſſe* teſtatur, Henricum militem de Osdageſſen ſibi reſignaſſe tres manſos in eadem villa ſitos pro Amelungesbornenſibus cum iure Achtwort. Pro filio eius *Helmoldo* de Pleſſe fideiuſſerunt filii patrui *Godeſcalcus* et *Otto*. Filia fratris ſui Mechtildis, virgo ſacra in Lammeſpringe, conſenſit. 1231. Junio.

GODESCALCVS, *Fridericus* et *Wedekindus* fratres de *Pleſſe* declarant, Giſelerum, Bertoldum, Johannem et Helmoldum fratres de More renuntiaſſe coram ipſis actioni aduerſus curiam Snetingehuſen. Datum in Pleſſe 6 Non. Junii.

POPPO miles de *Pleſſe* declarat, ſe inter et coenobium Amelungesbornenſe ita conueniſſe, vt partem agri in Hildeſſe et iuxta grangiam coenobitarum in Snetingehuſen ſitam, permutauerit parte agri ſita in campo Risnove. Teſtes Johannes de Esbeke, Crachto de Angerſtein, Ludolphus aduocatus Popponis aliique. 1235.

GODESCALCVS duos manſos Snetingehuſanos, ſibi reſignatos, fratri ſuo *Ludolpho* per permutationem ſic tradidit, vt pro altero dederit fratri vnum ad villam Suthem prope Northeim, et ipſos vendiderit Amelungesbornenſibus, ad redimendum filium Hermannum, Brunſuici detentum. Facta ſunt ea in villa Angerſtene, praeſentibus Theoderico Abbate de Amelungesborne, Godeſcalco de Pleſſe et filio eius Godeſcalco, Ludolfo de Pleſſe iuniore, Gunthero de *Hardenberge*, Gunthero de Bobenten, Henrico de Bobenten, Helwico de Bodenhuſen, aliisque. Fideiuſſores *Ludolphus* iunior de Pleſſe, Hermannus de Gladebeke. Bertoldus de Aſſche, Waltherus filius Burchardi de Holthuſen, et filii Godeſcalci *Hermannus*, *Godeſcalcus* et *Otto*. 1239.

POPPO de *Pleſſe* vendidit Amelungesbornenſibus duos manſos, ſitos in Snetingehuſen. Teſtes dominus Widekindus de Berneſſeln aliique. 1244. Indict. 2.

LVDOLPHVS iunior de *Pleſſe* ſignificat publice, Helmoldum ſibi reſignaſſe duos manſos ſitos in Bergoldeshuſen, vnum Domino *Popponi* de Pleſſe, alterum Johanni et Henrico de Witeshuſen fratribus, qui et ipſi Domino *Godeſcalco* de Pleſſe et fratri eius Domino *Ludolpho* patri ſuo eum reſignaverint; vtrumque vero pro viginti marcis puri argenti Theoderico Abbati Amelungesbornenſi venditum eſſe. Conſenſerunt Dominus *Poppo* cum vxore ſua *Mechtilde* et filio *Helmoldo* ac filia *Mechtildi*: *Godeſcalcus* cum vxore ſua *Benedicta* et filiis ſuis *Hermanno*, *Godeſcalco*, *Ottone*: *Ludolphus* cum vxore ſua *Albeydi*, filio *Ludolpho* et filia *Mechtildi*, 1234.

HEL-

HELMOLDVS nobilis de Pleſſe renunciat omni actioni in bona, ad Berueldehuſen ſita. 1309.

LVDOLPHVS de Pleſſe conſenſu filii et heredum ſuorum renuntiat liti, quam intentauerat coenobio Amelungesbornenſi ſuper proprietate dimidii manſi, ad Snetingehuſen ſiti, receptis octo vlnis panni, 1256.

GODESCALCVS Dei gratia Dominus in Pleſſe declarat, vxorem ſuam *Ermegardin* donaſſe coenobio Amelungsbornenſi pro remedio animae ius proprietatis ſex manſorum, in campo villae Stockem ſitorum, Mariae ad eosdem manſos pertinentis, et arearum adiacentium. Pater Godeſcalcus fideiubet pro filiis impuberibus *Hermanno et Godescalco*, ac *Gisla* filia. 1305. in vigilia natiuitatis Domini.

Ad p. 1076. et Canonicas.

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Ego *SOPHIA Canonica ſecularis in Ganderſem* et ego *GERTRVDIS* Canonica ſecularis in Quedeligeborgk preſentibus et „poſteris notum eſſe cupimus. quod nos predium in Landwerdingehuſen. (a) cuius „participatio exigentia naturali ad nos iure hereditario peruenit. cum omnibus attinentiis voluntarie ac libere reſignamus. conferentes eccleſie Dei ac B. Virginis in „Amelungesborne et inibi Deo famulantibus in perpetuum. prouiſo quod anima ma„tris noſtre *Sophie.* ſimiliter et noſtre. plena omnium gaudeant *fraternitate.* que in „loco predicto pro animabus fidelium afferuntur. Et vt hoc ratum maneat. preſen„tem ſcedulam in teſtimonium conſcriptam. fecimus eccleſiarum noſtrarum ſigillis „preſentibus roborari. Scire nihilominus volumus vniuerſos. quod ſex marcas Bre„menſis argenti recepimus ab eccleſia memorata. Actum anno gratie M°. CC°. „XXX°. VIIII°.„

Ad p. 1092.

„Nos Henricus Bruninge, Daniel plebanus S. Georgii, *Magiſter* Fredericus de War„meſtorpe, Ganderſemenſes Canonici, tam preſentibus quam futuris cupimus eſſe „notum, quod Albertus piſcator de *Edingehuſen*, ad noſtram veniens preſentiam, pro„teſtabatur publice coram nobis, ſe de conſenſu vnanimi dilecte vxoris ſue Iutte, Al„berti et Iohannis filiorum ſuorum, Alheidis, Eliſabeth et Margarethe filiarum ſuarum „et omnium heredum et coheredum ſuorum, religioſis viris Domino *Bertramo* Abbati „et Conuentui monaſterii in Amelungesborne vnam aream et nouem iugera in *Edingehuſen* ſita, que tenebat ab eis cum omnibus ſuis pertinentiis, nihil ſibi iuris aut po„ſteris ſuis in eisdem bonis, tam in dicta villa, quam in campo, reſeruans, pro nouem „fertonibus puri argenti vendidiſſe iure perpetuo libere poſſidenda, quam venditio„nem petunt inſtanter noſtris literis in teſtimonium omnium perpetue commendari. „Nos equidem precibus inclinati ſub annotatione teſtium Domini Hermanni de Getre, „Geroldi de Oldendorpe, Iohannis de Remego, monachorum monaſterii ſupra dicti, „Iohannis de Stendele magiſtri in *Erdeshuſen*, preſentem literam duximus ſigillorum „noſtrorum munimine in teſtimonium euidens veritatis roborandam. Acta ſunt hec „anno domini milleſimo trecenteſimo tertio, in die beati Brixii Epiſcopo et Confeſſoris.„

Abbatiſſa eamdem donationem confirmauit et pro teſtibus adhibuit Dominos Henricum Bruningi, Danielem plebanum S. Georgii, Magiſtrum Fridericum de Warmeſtorpe Capellanum, Conradum de Mackenhuſen, Gerhardum de Billerla, eccleſiae ſuae Canonicos.

Ad p. 1105. Theodorus Berckelmannus Profeſſor exſtitit Helmſtadii in illuſtri Iulia. Laurentium, eius fratrem Ericus, Dux Brunſuicenſis reſidens Neoſtadii ad Rubenbergam, educari iuſſit. Pater communis, ex quo Theodorus ac Laurentius nati fuerunt, vocatur *Iohannes*. Ortu fuit Boruſſus, dignitate ſenator Neoſtadienſis. Obiit a. 1576. poſt Martini. Fuſius haec fuerunt expoſita a Cel. Iohanne Henrico Stuſſio, Directore Gymnaſii Gothani, in *Memoria beati Theodori Berckelmanni*, quae prodiit Hannouerae 1733. 8. Notamus porro, Annam Sophiam Burchtorpiam, Ioannis Werneri viduam, deceſſiſſe e vita a. 1733. 3. Aprilis.

Ad p. 1127. Carolomannum in ſigillo geſtare frondem querneam, imo coronam querneam, autor eſt I. G. Eccardus in Comment. de Francia Orient. L. XXIV. §. 120. p. 613. Ad annum 779 optatus ad vicem Radonis recognouit, nec non Wicbaldus.

Ad p. 1128. Formulae *Deus adiuua* congeſſit exempla complura Anonymus Italus in *Explanatione veteris Gemmae*, quam luci expoſuit publicae in Nouis Actis Erudi-

 torum

(a) Landerſen in praefectura Calenbergenſi ad Leinam.

torum Lipſ. 1733. Octobr. p. 463. ſq. Sic homines infirmitatem ſuam, omnipotentiamque Dei, ſatis indicant. Meſſerſchmidius in Iſidis Sibericae, Xenio MSto oſtendit, preces Tangutanorum eſſe vulgatiſſimas: *Miſerere noſtri Deus.* Haec formula quibusdam in vexillis ligneis ſepulcrorum vel decies occurrit repetita, tanquam ſymbolum religionis prauae optimum. Haec Theophilus Sigfridus Bayer p. 393. To. III. Commentariorum Academiae ſcientiarum Imperialis Petropolitanae a. 1732. Petropoli 4.

Ad p. 1129. Anno 812. Suauis ad vicem Ercanbaldi ſcripſit et ſubſcripſit. Noto praeterea. Si Imperatores quid donarent, ſigna ſubſcriptionis repraeſentant nonniſi culmos ſeu ſtipulas, e quibus ad latera frondes et calamorum initia prominent. Ipſa ſigna ſunt rotunda inſtar aceruì frugum vel frumenti, qui in apicem coit. Notatur ita plena abrenuntiatio et traditio in alterius poteſtatem. I. G. Eccard To. I. de Francia Orientali L. XXIV. §. 59. p. 572. Ergo ex hoc ſigno ad factam traditionem tuto licet concludere.

Ad p. 1174. et manum mortuam.

Genus ſeruorum, quod vocatur *manus mortua*, per Burgundiam et Campaniam Galliarum adhuc notiſſimum, accurate fuit deſcriptum a F. I. du Nod, Veſontionenſi Profeſſore, in libro: *Traité de la Mainmorte et des Retraits*, a Diion 1733. 4. Compendium libri communicatum eſt in ephemeridibus, *Iournal des Sauans* a. 1733. M. Sept. p. 69. ſeqq.

Ad p. 1348. ſqq. ſummae Diplomatum, a Ducibus Brunſuicenſibus profectorum.

HENRICVS LEO, Dux Bauariae et Saxoniae curtem ſuam in Adelloldesheim (nunc *Arolzen* dictam) donat coenobio Amelungesbornenſi a. 1166. teſtibus praeſentibus liberis Volquino et Widekino fratribus de Schwalenberge, Comite Alberto de Euerſtein, Ludolpho de Dasle, Reinberto et Herderico de Riglinge, Bodone et Bertoldo de Homborgk, miniſterialibus Henrico de Wida, Lippoldo de Hertesberge, Annone de Heimenburg, Arnoldo de Eimbeke, et Henrico Strabone de Homborgk.

Idem a. 1166. teſtatur, propinquum ſuum felicis memoriae Comitem Sigfridum praedium *Hetbuelte*, quod Henricus ſua pecunia redemerant, tradidiſſe poſſeſſioni Amelungesbornenſium, in cuius vicem ipſe VII manſos in villa *Erdeshuſen* ad Leinam ſitos tradat. Teſtes Bruno Epiſcopus Hildenſemenſis, Bernhardus Epiſcopus Paderburnenſis, Conradus Abbas Rithageshuſanus, Henricus Abbas ad S. Aegidii, Reinaldus Cancellarius, Eckehardus Praepoſitus de Brunswick, Bruno Praepoſitus maioris domus in Bremis, Albertus Comes de Euerſtein, Adolphus Comes de Schowenburgk. Laici Volquinus et Widikindus de Swalenberge, Ludolphus de Dasle, Ludolphus de Waltingerode, Luthardus de Meinersheim, Heimbertus de Ricklinge, Bertoldus de Homburg.

HENRICVS Dux Brunſuicenſis a. 1290. Amelungesbornenſibus confirmat proprietatem manſi in campo Brockhuſen.

ERNESTVS Dux in gratiam eorum reſignat a. 1332. omni iuri ſuo in decimam noualium prope Drubere, Stockem et Wetteſſen ac ſalictum ad Hollenſtede.

HENRICVS Dux Brunſuicenſis a. 1305. Kal. April. confirmat venditionem, per quem Bodo Dominus de Homburg et Henricus filius eiusdem decimam Hollenſtedenſem et ſex manſos cum areis adnexis in Stockem tranſtulerat ac coenobitas Amelungesbornenſes.

WILHELMVS Domicellus incliti Principis Domini Henrici Ducis in Brunswigk filius renunciat omnibus impetitionibus, in Amelungesbornenſes exercitis ob varia bona, quae Henricus Dux pater manu praetoria detinuerat. Teſtes Erneſtus frater, Otto Comes in Lutterberge, Wernherus de Brakeuelde miles, aliique.

HENRICVS Dux Saxoniae et Comes Palatinus a. 1222 Gottingae teſtatur, Iuttam de Clawenberge nouem manſos ad Snetingehuſen ſitos vendidiſſe Amelungesbornenſibus. Fideiuſſores XII exſtiterunt: Thidericus de Woldershuſen, Henricus de Medehem aliique. In morientium forte locum ſubſtituuntur Comes Otto de Euerſtein, Comes Adolphus iunior de Niennouere, Bodo vterque de Homborg, Hermannus et Erneſtus de Vslaria.

OTTO Puer Dux Brunſuicenſis teſtatur, tres filios miniſterialis ſui Giſelberti de Werſen vendidiſſe Amelungesbornenſibus $3\frac{1}{2}$ manſos in Bergoldeshuſen ſitos. Embecae a. 1238 menſe Iunio. In alio diplomate a. 1231 Amelungesbornenſi eccleſiae donat ſex manſos, vnum in Embeke molendinum & alia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Idem a. 1241 tradit ius ſuum in decima Oſdageſenſi Amelungesbornenſibus. Teſtes Bernhardus de Dorſtat, Baldewinus de Blankenborgh, Geuehardus de Bortvelde, Ludolphus de Grobowe, Euerhardus de Odem. Datum *Tzelle* per manum Henrici Notarii.

HENRICVS Dux Brunſuicenſis a. 1304 Hertesbergae declarat, Abbatem Bertramum coenobii Amelungesbornenſis emiſſe a Reinhardo de Voruholte duos manſos et vnam curiam ac decimam in villa et campo villae Lotbeke, reſignatione facta per litteras Comitum Ottonis et Lodewici de Euerſtein. Addit, hanc poteſtatem iudiciariam ſibi a Rege Romanorum eſſe conceſſam. Teſtes Ecbertus miles de *Hatdorp*, Wernherus de *Barkenvelde* aliique.

IOHANNES Dux Brunſuicenſis confirmat Epiſcopis et Abbatibus iura ſua in ſalinas Luneburgenſes, quarum adiungitur notitia. Teſtes Otto Hildenſemenſis eccleſiae poſtulatus et confirmatus tutor, Conradus Verdenſis poſtulatus et tutor, Albertus Dux Brunſuicenſis, fratres Iohannis, Gerhardus Comes Holſatiae, Gerhardus Decanus Verdenſis, Henricus Praepoſitus de Lune, Bernhardus Praepoſitus de Buſtehute, Lippoldus Canonicus S. Blaſii in Brunswick, Adamus Monachus in Reineuelde. Milites Dominus Henricus Comes in Woldenberg, Geuehardus ſenior de *Bortuelde* cum filio cognomini, Geuerhardus filius Ludolphi, fratres de *Weneden* Boldewinus et Henricus aliique. a. 1273 in die S. Viti.

ALBERTVS Dux ex gratia ſingulari Amelungesbornenſibus concedit bona in Lutteken A, et *caſtrum Eberſtein* ad ſe venditionis titulo perueniſſe teſtatur Embecae a. 1285. die S. Iohannis Baptiſtae.

ERNESTVS Dux priuilegia Amelungesbornenſium confirmas a. 1327. Embecae pridie Idus Decembris. Teſtes Thidericus et Iohannes de Oldendorpe, Hermannus de Oldendorpe aliique.

ALBERTVS Dux a. 1308 donat eisdem aduocatiam ſuper quatuor manſis ſitis ad Bergoldeshuſen. Teſtes Ecbertus de Aſſeburg, Bertramus de Velthem, Florentius de Dalem milites, Henricus de Honſtat aliique.

HENRICVS Dux Brunſuici a. 1283 reſignatos ſibi et venditos Amelungesbornenſibus 2 manſos ad Brockhuſen confirmat. Vendiderant eos Comites Everſtenenſes Ludovicus Senior et Engelbertus.

ERNESTVS Dux a. 1328 confirmat eisdem bona ad Bennenſen ſita. Idem a. 1332 confirmat eisdem bona a patre Henrico aliisque donata. Idem a. 1327 teſtatur, ſe centum marcas argenti puri mutuas ſumſiſſe a coenobitis Amelungesbornenſibus, impenſas redimendo caſtro Euerſtein.

HELENA Domina de Lunenborgk donat eis quotannis vnam marcam numorum in ſalina, in domo, quae Ekebrechtinge vocabatur.

ALBERTVS Dux tres manſos et 4 iugera Amelungesbornenſium, in campis Embecae ſitos, ab omni exactionis iugo eximit. Huxariae 1277. Idem a. 1308 ſpondet eis defenſionem et confirmat priuilegia.

HENRICVS conſenſu fratrum *Alberti*, *Wilhelmi* et *Luderi* pro damno, quod eccleſiae Amelungesbornenſi in obſidione caſtri Euerſtein intulerat, donat Amelungesbornenſibus 8 manſos. Teſtes Heidenricus Comes de Lutterberg, Waltherus de Dorſtat. Heinricus de Heimborg, Ecbertus de Aſſeborg, Ludolfus de Weuerlinge, Hilmarus de Oberge, Wilkinus Advocatus, Bertoldus de Werle, milites. Brunſuici 1284. 2 Kal. Octobr.

HENRICVS Dux Brunſuicenſis ſuam IV manſorum proprietatem, ad villam Goldbeke ſitorum, et dimidii manſi molendini ibidem, quam *conſanguineus* ipſius vir nobilis Lodewicus Comes de Euerſtein ſibi obtulerat, Amelungesbornenſi eccleſiae pro ſuae et Comitis animae ſalute donat a. 1302. Teſtes Ludewicus Comes de Euerſtein, Grubo de Grubenhagen, et Trobo milites.

ERNESTVS ſenior Dux Brunſuicenſis diplomate facit teſtatum, Hermannum Comitem de Euerſteine et Fridericum Scultetum coram ſe declaraſſe, Abbatem et conuentum Amelungesbornenſem ex vna parte, ac Fridericum et Arnoldum de Haversvorde ex altera, ſe inſpectante litigaſſe ſuper decima Hauersuordenſi ac duobus manſis in Ellerſen ſitis, ac manſo et areis in Aroldeſſen, Abbatem vero in poſſeſſione defendi, ac porro in foro eccleſiaſtico accuſari poſſe. Datum Hamelii 1346 poſtridie natalis B. Mariae Virginis.

OTTO

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

OTTO et *MAGNVS* fratres Dei gratia Duces in Brunswick concedunt, vt coenobitae Amelungesbornenſes curiam ſuam Snetingehuſen pro arbitrio villicis elocent. Teſtes Iohannes de *Hardenberge*, Lodewicus de *Roſtorpe*, Guntzelinus de *Gittelde* milites aliique. Datum Northeim a. 1330 poſtridie omnium Sanctorum.

WILHELMVS iunior Amelungesbornenſium confirmat priuilegia a. 1430 die Dominica *Oculi*.

OTTO iunior, Friderici Ducis filius, donat coenobio Amelungesbornenſi caſam in villa Luthardeſſem. 1426 die Iacobi.

HENRICVS Dux, filius Henrici, a. 1430 in vigiliis Paſchalibus donationem eam confirmat.

BERNHARDVS et *OTTO* filius oppignorant villam in SchcrfOldendorpe ſitam immunem 40 marcis puri argenti Hildenſemenſis alboris et ponderis. 1412. die Sabbati poſt S. Walburgis.

HENRICVS, *ERNESTVS* et *ALBERTVS* Duces Brunſuicenſes, filii Ducis Erici, oppignorant ſeruitutem, a villicis nonnullis in Volckerſen praeſtandam, receptis viginti florenis renanis. 1456 die S. Bonifacii Epiſcopi et Martyris.

OTTO Cocles, Ottonis defuncti filius, diplomate dato declarat, ſe Amelungesbornenſi eccleſiae 182 florenos renanos aureos, Domino Clawenbergo *Hoyem* ſolutos nomine caſtri Euerſtein, debere, eisque oppignorare currum, quo ipſi praefectis Ducalibus ad caſtrum Euerſtein ſeruire conſueuerint, ad ſex annos. Teſtes Iohannes de Scheiden Notarius Ducis, Hans de Gladebek, Heiſonis filius, Hermannus de Germersſen et Iohannes Burchardi. 1415.

Diplomata nonnulla ex Archiuis coenobiorum Medinge et Lune.

1. *OTTO* Dei gratia *Dux de Brunesuic* et *Dus de Luneborg* omnibus has literas inſpecturis ſalutem in domino. Quia neceſſarium eſt, vt acta preſentium ſcripturarum teſtimonio perhennetur, ne cum curſu temporis a memoriis hominum euaneſcant: Igitur nos recognoſcimur volentes rationabile factum noſtri dilecti domini Hartwici prepoſiti et totius ſui conuentus in *Medinghe* ad noticiam poſterorum peruenire, quod nos habito conſilio dilecti noſtri *patrui* venerabilis dni. *Conradi Verdenſis Epiſcopi* et noſtrorum conſiliariorum cauſa vtilitatis noſtre eidem prepoſito et ſuo conuentui vnum chorum ſalis et dimidium chorum ſalis in ſalina Luneborch in domo Montſinghe quolibet flumine tollendum reſignauimus pro aliis bonis equeualentibus in dicta ſalina titulo permutationis in perpetuum libere et exemptum ab omnibus exactionibus iure hereditano in perpetuum poſſidendum, nobis heredibus et ſucceſſoribus noſtris nihil iuris in iſdem reſeruantes. Preterea warandiam et defenſionem dictorum bonorum in perpetuum preſtabimusecclesie memorate: Et vt hec donacio prepoſito et ſue eccleſie pariterque ſuis ſucceſſoribus a nobis heredibus, ſucceſſoribus, conſiliariis, aduocatis noſtris inuiolabiliter et perpetualiter obſeruentur. Nos et noſtri conſiliarii intra ſcripti. ſcilicet. *Thidericus de monte* aduocatus noſter, Gheuehardus, Heinricus fratres de monte, Wernerus de Medinghe mareſcalcus noſter, Thidericus de *Altene*, Boldewinus de Bodendike fidem preſtitimus manualem. Nos etiam *CONRADVS Verdenſis eccleſie Epiſcopus* recognoſcimus publice proteſtantes, quod preſentialiter interfuimus permutacioni iam predicte habite inter eccleſiam medinghe et illuſtrem principem *OTTONEM patruum noſtrum noſtrum ducem de brunswich* ad euidentiam huius facti ſigillum noſtrum ad preſentem literam ſigillatam ſigillo eiusdem patrui noſtri Ottonis duximus apponendum. Acta ſunt hec anno dni Mo. CCo. LXXXXIo. in die ſancti Viti preſentibus viris honeſtis et diſertis.

2. *BVRGARDVS Comes* de *Wilpia* ab illuſtri principe *OTTONE* de *bruneswich* per terminos ſui ducatus prouiſor conſtitutus. Iohannes de Lobeke aduocatus. Chriſtianus dictus miles: Fridericus de arena. Iohannes de Vlſen. Gerardus Garlop. Iohannes filius Bertoldi. Alardus ceterique conſules (a) ciuitatis Luneburg: omnibus ſalutem in co, qui neminem vult perire. Recognoſcimus et literis preſentibus proteſtamur. quod Gerardus de Bodendorpe vnum chorum (b) ſalis ad quodlibet flumen in domo *loteringe* in ſartagine, que *Guncxauur* vocatur. ad manum dextram, cum domus intra-

(a) Conſules tunc fuerunt, qui hodie ſenatores: Et moderni conſules tunc audiebant proconſules.
(b) Chorus eſt menſura quaedam ſalis cocti.

intratur. Eccleſie Medinghe contulit. et ad manus Hartwici eiusdem eccleſie prepoſiti coram nobis libere reſignauit. Ne igitur ſuper tali deuota donacione prenominate eccleſie aliqua poſſit oriri calumnia, preſentem literam noſtris ſigillis in verum teſtimonium duximus roborandum. Acta ſunt hec anno dni M. CC. LXXXVIII. in die beati Georgii Martiris pretioſi.

3. Nos *OTTO* dei gratia *dux de Brunesuico et Luneborch* preſentibus recognoſcimus, publice proteſtantes, quod Andreas filius Ludingheri de arena chorum ſuum ſitum in domo Erderinghe, quem a nobis et ab inclita *duciſſa MECHTILDE vxore noſtra* emit iure hereditario libere in perpetuum poſſidendum, dno Hartwico et eccleſie ſue in *Medinge* vendidit de noſtra voluntate et conſenſu, exemptum ab omnibus angariis et perangariis ab omni exactione, quae vulgaris dicitur *Scot*, ea libertate et proprietate, qua nos et progenitores noſtri eundem chorum ab antiquo poſſedimus, in perpetuum poſſidendum. Preterea quia omne ius, quod in predicto choro habuimus, in dominum Hartwicum prepoſitum et eccleſiam ſuam *medinghe* transtulimus, ſicut hactenus fecimus cum Andrea. ſepedictus prepoſitus et eccleſia ſua Medinghe et eorum ſucceſſores poſſunt memoratum chorum alienare, vendere, infeodare, nobis et heredibus noſtris irrequiſitis et omnia facere. cum eodem choro, que poſſunt facere cum aliis bonis ſuis in ſalina Luneborch, que poſſiderunt ab antiquo. Nos *MECHTILDIS duciſſe* de Brunesw. et Luneb. dictam emptionem ſicut ratificauimus cum Andrea. Ita ratificamus in preſenti, nobis nichil iuris impetendi, repetendi in eodem choro reſeruando, et quia ſigillo caremus in preſenti, dominus noſter et nos vno ſigillo contenti ſumus, ſcilicet ſuo. Huius rei teſtes ſunt milites. Conradus de boldenſele. Aſquinus de *Saldere*. Henricus de *Swerin*. (a) Wernerus de Medinghe, Georrius de *Hideſakere*. Datum Luneb. anno dni M°. CC°. LXXXXIIII°. in die decollationis ſancti Iohannis baptiſte.

4. Nos Dei Gratia *OTTO* et *WILHELMVS duces de Brunſchwich et Luneborch fratres*. Coram vniuerſis preſens ſcriptum viſuris et audituris publice recognoſcimus et lucide proteſtamur. Quod facta eſt permutatio per honorab. viros dñm Wernerum Abbatem Monaſterii Sti Mychaelis in luneb. et Dñm Ludolfum prepoſitum in *Medinghe* hinc inde de bonis ſuis infra ſcriptis videlicet de decimis ville Schetſendorpe et Ollenſen ac dimidia decima ville Berchdorpe ex vna et quadam parte ſilue que *Ryſur* dicitur, que per dominum Abbatem predictum diuiſa eſt et diſtincta prout ſignis eiusdem diuiſionis declaratur, parte ex altera in hunc modum. Quod Abbas et conuentus dicti Monaſterii duas decimas cum dimidia ſupra dictas prepoſitus et conuentus vero in medinghe prenotatam partem ſilue *Ryſur* ex nunc perpetuo poſſidebunt. Cui permutationi coram nobis facte nos preſentibus conſentimus ſigillis noſtris in premiſſorum euidentiam ſigillatis. Datum et actum Luneb. anno dni M°. CCC°. XXX°. ſexto in octaua beatorum petri et Pauli apoſtolorum.

5. Dei gratia *ALBERTVS Dux de Brunswich*. vniuerſis Chriſti fidelibus hanc literam viſuris ſalutem et veri cordis affectum. Vt ea que fiunt in tempore robur obtineant debite firmitatis literis authenticis et teſtibus ydoneis perhennantur. Notum ergo facimus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod nos et *patruus* noſter *OTTO dux de Brunswich* ex maturo proborum virorum conſilio vendimus et ſanctimonialibus cenobii in *medinghe* decimam ville Nigendorpe et decimam vnam in Niendorpe ſoluentem ſingulis annis duo *Wichemeten* (b) ſiliginis et vnum porcum pro Centum marcis examinati argenti, quam pecuniam in dictum cenobium contulimus pro anima *fratris noſtri IO. DVCIS beate memorie de Bruneswich* exceptis ſexaginta marcis, quas ſoluimus Geuehardo de monte, ſicut promiſerat frater noſter, ita tamen, vt conditione interpoſita, quando nobis placuit et patruo noſtro vel ſaltem ſuis heredibus pro tanta pecunia ipſam *dimum* et decimam in Niendorpe cum omni iure, ſicut eam vendidimus, poſſumus rehabere, Vt ergo eorum empcio et noſtra venditio rata permaneat, preſens ſcriptum noſtro ſigillo iuſſimus communire. Huius rei teſtes ſunt

(a) Suerinenſis fuit nobilis, nec Comitibus eius nominis inſerendus, ortus enim hic miles fuit de ſtirpe *Magnorum*, der Gruten, quae familia in hunc diem clariſſime effulget.

(b) Ein Wichhimpten hält 5. biß 6 Braunſchweigiſche Himten.

Nicolaus prepoſitus in Medinghe. Geuehardus *Magnus*. Hegno de Breſtede. Ekkehardus de Boyzeneborch. Ludolphus de Meruede. Olricus de Tune, Milites. Geuehardus de *Schulenborch* et Geuehardus de Monte famuli. Datum Vlleſen anno Incarnationis domini M°. CC°. LXX°. octauo.

6. *OTTO* Dei gratia *Dux de Brunswich* vniuerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris in Domino. Vt hec permutatio et noſtra donacio, quam fecimus propter fauorem Hartwici prepoſiti *Medingenſis* inviolabilis maneat et perhennnis, preſentem literam ſigilli noſtri appenſione fecimus inſigniri. Teſtes huius ſunt dilectus *patruus* noſter Dominus *Conradus* Verdenſis Epiſcopus. *Bernhardus Comes* de *Danneberge*. Comes de Wilpia. dilectus nobis Heynricus prepoſitus in Brunſwich. Luderus Abbas de luneborg. Wernerus Marscalcus noſter. Datum Luneborg anno Dni M°. CC°. LXXXVII°. in inuentione Stephani.

7. *BORCHARDVS* dei gratia Comes de *Welpia* vniuerſis Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris ſalutem in eo, qui eſt fons indeficiens omnis boni, vnam curiam in Yemſtede, quam dominus Theodoricus de Hiddezakore dictus de Valua ex conſenſu fratrum et heredum ſuorum eccleſie vendidit in medinge, cuius proprietas ad nos ſpectat, libere contulimus propter Deum. Ne igitur ſuper hac donatione aliquis temerarie agere quid preſumat, preſens Scriptum ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Datum Luneborg anno Domini M°. CC°. LXXXVIII°. quinta feria poſt Inuocauit.

8. Van der gnade Godes we Her *WILHELM* Hertoghe to brunſwich, und von Luneborch. Und Iünchere *LODEWIGH* Hertoghen *Magnus ſone* von Brunſwick des eldern. Bekennet openbare in deſſen breve. Dat we hebbet verkoſt un verkopet in deſſen breve Den Erliken Gheiſtliken luden Hern Dyderike van Langhelghe Proveſte und ſinen Nakomelighen un der priorinde un dem ganſen Convente des Closters to *Medingh* vor vifhundert Luneborgher mark, de uns rede van en bered ſin, *Wichmansborgh*, und den tegheden over dat ſulve dorp, beyde Lutteken und groten, den *Waſmod* von *Medingh* ſunderliken gekofft hadde, un eyne wiſch, de deſſe ſulve Waſmod van Medinghe ok ſundeliken ghekoft hadde van Hartwighe van der Sulten, Ratmanne to Luneborgh, un dat holt dat de Clepene heten is. Un alle dit vorbenomde gut hebbe we unſem vorbenemden Cloſtere to Medinghe ghelaten un verkoft ewykliken to beſittende mit akkere, mit velde, mit weyde, mit holte, und mit allen andern wiſchen de dar to horet, und mit allen Rechte und richte, frucht und Nut, und tobehoringhe, aſſe dat vam deſſeme vorbenomden Waſmode ghekoft hebbet, und alſe Waſmod dat voregekoft hadde van Hartwighe Rammekendorpe und Tydeken Hogheherten un we un unſe erven un Nakomelinghe en ſcullet dat Cloſter dar nicht an hinderen noch von Iemande hinderen laten. Mer we willet deme Cloſtere deſſes gudes waren. Un dat daran truweliken vordeghedinghen, wor eme des to donde is. Und were dat dit vorbenomde Cloſter in deſſem uorſchrevenem gude icht gehinderet worde. Dar ſculle we und willet dat Cloſter vor entleddigen, ane ieniger hande hinder un vortock. Alle deſſe vorgeſcrevene Stucke love wy vorbenomde Hertogen Wilhelm und Lodewich vor uns und unſe erven und nakomelinge dem Proveſte und ſynen Nakomelingen, der priorinde und dem ganzen Convente des Cloſters to Medinghe, vaſt und ſtede to holdende, ane hinder und arge liſt. To ener beteren betughinghe deſſer vorſcrevenen dingk hebbe we vorbenomden Hertogen Wilhelm und Lodewich unſe Inghezele mit Wiſſcap ghehenghet laten in deſſen bref, de ghegheven is na Gottes bort *druttein hundert* Iar in deme *ſeven* un *ſeſtigheſten Iare*, de Sondaghes vor lechtmiſſen.

„9. Dei gratia *WILHELMVS* dux in Brunſwich et Luneborgh publice recognoſcimus, Quod prepoſito et conuentui ac Monaſterio ſanctimonialium in Medingh „appropriavimus et appropriamus Tres Curias, in villa *Weſtede* ſitas, cum ſuis iuribus, adiacenciis et pertinentiis in dicta villa et extra. Quarum duas Wernerus et Hermannus famuli dicti de *Todendorpe* et Tertiam Hinricus de *Lobeke* famulus prepoſito, Conuentui et Monaſterio predictis, cum conſenſu noſtro vendiderunt, reſignatione ipſarum curiarum et Iure infeodationis per eosdem famulos nobis prius facta, transferentes in Monaſterium omne Ius, quod nobis eisdem Curiis pro infeodacioni

vel

vel alias quomodocunque competebat ad peragendum ſingulis annis et perpetuo memoriam in ipſo Monaſterio de proventibus curiarum earundem. Datum *Winſen* noſtro ſub ſigillo preſentibus in teſtimonium appenſo. Anno domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quarto tercia quinta infra Octavam Nativitatis beate Marie Virginis."

10. Van der gnade Godes wy her *WILHELM* Hertoge to Brunswig und to Luneborg bekennet openbare in deſſen breve, dat wy hebbet ewigen verkoft den erliken luden Hinrik Proveſte to Lune und deme gantzen Convente des Cloſters to Ebbeſtorpe, Diderike proveſte, der priorinde vnd dem gantzen Convente des Cloſters to Medinghe, vnd alle nakomelingen, Vnſen groten Hof an vnſer Stad to *Vlſen* mit alle dem buwe, dat darinne ſteyd vnd mit alderlege Rechte vnd alſe wy hat hebt vnd dat ſe vnd erer jewilk dar mede don vnd laten mogen, vn dar uppe buwen mogen, wat ſy willen. Hyr vore hebbet ſe vns gegeven vif hundert Luneborges Mark, de ſe rede vns bered hebbet, vnd deſſer hover wille wy erwaren, vn ſe dar ane truwelken vordedinghen, wo en des nod vnd to donde is, vnd ſe dat van vns eſched. Alle deſſe vorſcreuene ſtücke wille wy mid vnſen erven, vnd nakomelinghe ſcüllet deſſen vorbenomden proveſten erven nakomelingen vnd det Cloſteren ewichliken vnd truweliken holden. Vnd wy Junckere Lodewig Hertogen Magnus ſone von Brunswig des eldern Bekennet oppenbare in deſſer Scrift, efte vnſe leue Here Wilhelm alſo af ginge, dat he nenen echten ſone na ſeck en lete; vnd der Herſcop van Luneborg an vns queme, dat wy vnd vnſe erven vnd nakomelinge alle deſſe vorſcreuenen Stücke des vorbenomden Proveſten eren Nakomelingen vnd den Cloſtere holden willen ganzleken vnd vullenkomen in aller wiſe, aſe vns vnſe lieve here Hertoge Wilhelm don ſcolde, ofte he levendich were. Tho eyner groteren betugniſſe alle deſſer vorſcreven ding hebbe wy vnſe beyde Ingeſelle witliken vnd mit willen gehenget laten an deſſen bref, de gegeuen vnd geſcreuen is na godes bord drutteyn hundert iar an dem ſoven vnd ſeſtegeſten Iare an dem hiligen dage ſancti Iohannis baptiſte to midden ſomer."

Ad p. 1272. et Comites Brunſuicenſes.

Quum viueret Ludolphus Comes, Brunsuicum adhuc erat villa, ſi fides eſt habenda chartae Brandhagonis, Epiſcopi Halberſtadenſis, datae ad annum 1031, in qua *Ludolphus Comes* et *villa Bruniswick* occurrunt. Vide Leuckfeldi *Antiqq. Halberſtad.* p.678. Quare hucvsque Ludolfus eiusque progenitores ſeſe a Brunſuico haud cognominarunt. Bruno III ab Annaliſta Saxone demum ad a. 1056 vocatur *Bruno Comes de Brunesuic.* Chronicon Riddagshuſanum ad 1026 habet: *Bruno Princeps fundat Brunswick.* Annus videtur in erroribus fluctuari. Quis enim eo anno floruit heic Bruno? Nihilominus teſtimonium id non eſt negligendum. Nam paullo poſt annum 1031 villa Brunswick in vrbem modicam fuit mutata. Quid? ſi annum 1036 vel 1046 ſubſtituamus, difficultas omnis euanuit. Conciliandae mihi ſic videntur opiniones de ortu Brunsuici, vt ante Ludolfum ibi iam exſtiterit Tanqwarderode villa, quam ſibi compararit et villam adiunxerit nouam Bruneswic. Caſtellum exſtitit indubie in Melverode, donec Bruno III, vel potius quartus, Bruneswico moenia addidit et in ea caſtrum exſtruxit. Ita ſingulis teſtimoniis aliquid ſubeſt veri.

Nota (e) pertinet ad lineam 9 paginae 1373. In p. 1380 Sigfridus Comes Palatinus, filius Adelheidis, ex Henrico, Comite Palatino ad Renum, procreatus, occurrit.

Ad p. 1362. de Comitibus ab Aſſel.

Poſtea comperi, Comitatum Aslo eſſe ad Viſurgim in Epiſcopatu Paderbornenſi quaerendum, et de eo eſſe ſermonem Autori Vitae S. Meinwerci. Comitatus Aſſel fuit nobis propinquus. Inter oppidulum Seſen et civitatem montanam Wildeman caſtrum in vertice editi montis quondam eminuit, cuius rudera ſuperſunt. Mons vocatur *Haſſelberg.* Caſtro nomen fuiſſe, nonnulli perhibent, *Haſſelburg.* Praeterea notandum, conditores coenobii Dernburgenſis fuiſſe Comites Aſſeburgios. Vt Hermanno et Henrico Comitibus Winceburgicis eam gloriam tribuerem; effecit aliorum error, quos nimis improuide fueram ſecutus, autoritati cedens magis quam demonſtrationi. Didici inde, tarde et circumſpecte in rebus hiſtoricis adfirmandis eſſe progrediendum.

Ad p. 1363. et Comites de Bilſtein.

Godeſcalcus de *Pleſſe* a. 1238 profitetur dato diplomate, ſeſe conſenſu vxoris ſuae et heredum duos manſos ad Henigehuſen ſitos tradidiſſe Amelungesbornenſibus accepto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

XXII marcarum pretio, quod ſoluerit creditoribus Brunsuici, vbi filius ipſius *Hermannus* ob aes alienum fuerat detentus. Fideiuſſores ipſe Godeſcalcus, vxor eius *Benedicta*, filii vtriusque *Hermannus*, *Godeſcalcus*, *Otto*. Teſtes *Comes Widekindus* de *BILSTEN*, Guntherus et Henricus milites de Bouenten, Lippoldus de Bernerhuſen, Widekindus et Nodinchus de Bernerſem fratres. Acta ſunt haec in caſtro Pleſſe 1238. Indict. II. menſe Auguſto.

Exſtat diploma aliud, ad a. 1236 datum *Heilwige*, Bernhardi de Pleſſe filia, marita Comitis *Borchardi* de *Bilſten*.

Ad p. 1394. ſqq. et Comites Daſſelenſes.

Anno 1166 Ludolfus Comes de Dasle teſtis occurrit in diplomate Henrici Leonis. *LVDOLFVS* Dei gratia Comes de Dasle teſtatur, quod decimam villae *Dodenhuſen* a Ludolfo de Gladenbeke et fratribus eius Iohanne et Burchardo emerint Amelungesbornenſes, Archiepiſcopo Domino feudi primo et ſeſe conſentientibus. Teſtes reſignationis Ecbertus de Woldershuſen, Johannes de Beſekendorpe milites, Ludolfus de Mackenſen, Iohannes de Wiſch, Conradus de Vslaria, Gerhardus de *Billerla* aduocatus ciuitatis eiusdem. Conſentiunt Ludolfi filii Symon et Conradus. A. 1298. in die b. Mariae Magdalenae. *LVDOLPHVS* a. 1267 pleno conſenſu fratruelis ſui A. decimam in Eynem, quam Hermannus et Iohannes dicti de Dasle ab eo in feudo tenuerant, ſibi reſignatam, ſeptem marcis puri argenti acceptis, Amelungesbornenſibus vendidit. *SIMON* a. 1325 conſentiente vxore *Sophia* Amelungesbornenſibus donauit ſex argenti examinati marcas pro remedio animarum, ſuae, vxoris et Domini ſui Ottonis Ducis, quotannis ab Alfeldenſi ſenatu exigendas. Teſtes Hermannus nobilis miles de Pleſſe et frater eius Godeſchalcus famulus, Henricus de Boventen, Iohannes de Gladebeke, Iohannes de Roringen miles. *LVDOLFVS* Comes aduocatiam in Grene Abbati Corbeienſi reſignauit, vt ea conferretur eccleſiae Amelungesbornenſi. Idem a. 1298 poſtridie Bartholomaei tradit eidem reſignatam ſibi decimam villae Radgodeſſen a Domina Eliſabetha, vidua Conradi de Wenthuſen, et huius filiis Henrici et Arnoldi ac filia Hildeburgi. Conſenſere Comitis filii Simon et Conradus. *IDEM* Comes Archiepiſcopo Moguntino reſignauit dimidium Reinerſenſis decimae, poſſeſſum ab Aſchwino et Conrado, militibus de Steinberge, et alterum dimidium, ex feudi nexu aeque poſſeſſum ab Alexandro de Ybere, vt ea bona Amelungesbornenſibus conferrentur. Ludolfus hic tenuit quoque Comitatum Niennover ad Viſurgim prope Hamelium. Ipſe enim in *Nigennovere*, vt praeferunt diplomata, ſaepius ſedit et res ſuas egit. Ipſe quoque vocatur *Comes de Sconenberge*, tum in reſignationis formula, qua Alexander de Ybere dimidium decimae ad Reynerſem obuiae ei reſignauit, tum in ea, qua alterum dimidium reſignarunt Aſchwinus et Conradus, milites et fratres de Steinberge, a. 1282. Bernhardus et Henricus fratres de Hallis eidem Comiti a. 1290 reſignarunt manſum, ſitum in *marca* villae Eſchershuſen, et formulam reſignationis ita ſunt exorſi: *Viro nobili et dilecto Domino Ludolpho Comiti de Dasle ſiue Sconenberghe.* Idem Ludolphus vna cum Comite Ludevico de Eberſtein et Conrado milite de Amelungeſſen ac Henrico Decano Huxarienſi a. 1271 diplomate publico teſtatus fuit, Ludevicum de Vslaria et Alheidem, vxorem eius, bona Huxarienſia ſua reſignaſſe eccleſiae Amelungesbornenſi. Nonnulli Comitum Daslenſium ſeparatim tenuerunt Comitatum Niennoverenſem. In promtu eſt diploma Adolphi (a) et Ludolphi, Comitum de Niennovere, quo comprobarunt concordiam, inter coenobitas Amelungesbornenſes et Henricum de Eſchershuſen a. 1228 initam. Teſtes adiuncti ſunt Bodo de Homburgk ſenior, Theodericus de Embere, Vdo, Ricquinus, Hermannus de *Oſterrode* milites, caſtellani de Homburgk. Verſatur quoque in manibus diploma *Conradi Domini in Sconenborgk*, anno 1285 (b) datum, quo confirmatur renuntiatio Iohannis et Ludolphi de Ramershuſen fratrum ſuper bonis in Syburgehuſen, coenobio Amelungesbornenſi venditis. Teſtes inibi exſtant Iohannes de Gladebeke, Fridericus de Yſtendorp, Herboldus de Meingozen, Henricus Rebock, Bertoldus Schuve et Fridericus de Metzenhuſen.

Ad p. 1393. et Comites de Danneberge.

1. *BERNHARDVS* dei gratia Comes de *Danneberge* omnibus ad quos preſens ſcriptum“ peruenerit ſalutem in vero ſalutari. Vniuerſa moderni temporis negotia ne re-“

vocen-

(a) Hic ad annum 1222 in diplomate Henrici Longi, Ducis Saxoniae et Comitis Palatini, vocatur *Comes Adolphus iunior de Niennovere.*

(b) Et aliud ad a. 1320 ſuper quartam partem decimae ad Dedenhuſen.

vocentur in irritum, ſolent vocibus teſtium et ſcripti memoriam perhennari. Notum" ergo eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod nos prepoſito Nicolao et dominabus in Medinghe domino famulantibus decimam quatuor manſorum in *berscampe*, quam dominus Gherinous miles bone memorie et filii ſui a nobis jure feodali habuerunt pro viginti marcis lubicenſium denariorum vendidimus perpetuo poſſidendum. Vt hoc autem factum ſtabile maneat et intactum, preſentem paginam noſtri ſigilli munimine roboramus. Hujus rei teſtes ſunt dominus Alwardus plebanus in Nordendorpe, et dominus Iohannes dictus Hintreme, et dominus Eckehardus dictus Ribe, milites et Wernerus de Todendorpe et Iohannes Prekel et alii quam plures. Datum et" actum Danneberge anni domini. M° CC° LXXXI°. VII Kalendas Februarii."

2. *JOHANNES* dei gratia *Marchio Brandenburgenſis* omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem. Vniverſa moderni temporis negotia ne revocentur in irritum, ſolent" vocibus teſtium et ſcripti memoria perhennari. Sciant igitur tam preſentes quam poſteri, quod nos Dei inſtinctu tam in remiſſionem noſtrorum predeceſſorum peccaminum quam noſtrorum peccatorum eccleſie ſancte Marie in Medinghe ad utilitatem eiusdem loci contulimus quinque manſos ſitos in villa, que vocatur *bodendorpe* cum omni iure perpetio ac libere poſſidendos. ſed ne aliqua in poſterum calumnia poſſit ſuboriri, ſigilli noſtri appenſione preſentem paginam fecimus roborari, quorum nomina ſunt hec Wernerus de Medinghe, Geuehardus de Maldeſen, Wernerus et frater ſuus, Bode de *Saltwedel*, Thidardus de Woſtow et alii quamplures. Datum *Vlſen* Anno dñi M° CC° XLI. VII Idus Novembris."

3. In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *ADOLFVS* Dei gracia *Comes* in *Danneberge* omnibus in perpetuum. Obtinuit conſuetudo utilis et honeſta, ea que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum tempore, literarum et teſtium valetudine" confirmari. Notum igitur eſſe volumus Xſti fidelibus vniuerſis, quod nos accedente legitimo heredum noſtrorum conſenſu ob ſpem ac meritum retributionis eterne decimam in Honeſtorpe, quam nos ab eccleſia Verdenſi iure tenuimus pheodali, quamque Dithardus filius domini Gerhardi de Dore eodem iure a nobis tenebat, eccleſie ſancte Marie in Medinghe Ciſtercienſis ordinis et conventui ſanctimonialium ibidem Domino famulantium pro diuino officio amplificando reſignauimus pleno iure perpetuo poſſidendum, a quibus demnabus et ab earum tunc prepoſito Nicolao in ſignum amicicie et ſtabilitatis perpetua recepimus viginti marcas denariorum Hamburgenſis monete, quarum medietas Fratri noſtro et altera medietas nobis ceſſit. Huius facti teſtes ſunt, qui interfuerunt Dominus Georgius de *Hiddezaker*, dominus Theodoricus frater ſuus, Dñs Wernerus de *Medinghe*, Dñs Gerbertus de *Bardeleve*. Dñs Iohannes Paſchedach. Dñs Thidericus de *Schulenborch*. Dñs Hinricus de Pinnowe. Dñs Hinricus de Maſendorpe. Dñs Iohannes Cobbe. Hogerus Capellanus et notarius Curie et alii quam plures milites et ſerui. In huius rei evidentiam dicte eccleſie in Medinghe preſentem literam tradimus ſigilli noſtri munimine roboratam. Datum *Saltwele.* anno gracie M° CC° LXIIII° VI. Ydus aprilis."

Ad p. 1401. ſqq. et Comites Eberſteinenſes.

Albertus Comes de Euerſtein teſtis occurrit ad annum 1166 in Diplomate Henrici Leonis. Thitmarus, Epiſcopus Mindenſis, a. 1197 publice profitetur, *Albertum* (c) Comitem de Euerſtein ex conſenſu *Alberti* filii ſui Amelungesbornenſi eccleſiae tradidiſſe quinque manſos, tres in Haſtenbeke, et duos in Nordhoſen. *ALBERTVS* Comes, conſentiente filio ipſius Alberto, receptis a coenobio eodem numis tradidit eidem decimas per tres manſos proprietatis ſuae in Haſtebeke et duos in Nort Oſen, item in Ellerſen quinque manſos ac dimidium. Conſenſit Bernhardus Epiſcopus Paderbornenſis, qui loco horum manſorum recepit $5\frac{1}{2}$ manſos, ad Edinchuſen et Batheburninchuſen ſitos: item tradidit ibidem tres manſos, receptis a coenobitis molendino vno et quinque manſis in villa Biveren: item ibidem tres manſos, quos Bruno de Euerſtein ab ipſo per nexum feudalem tenuerat: nec non nemus, coenobio ad occaſum adiacens, villam Negenborne ſtringens. Teſtes donationis laudantur Bertoldus ſenior de Homborg, nepos ipſius Bertoldus iunior, Hermannus de Altwardeshuſen, Vdo de Aldendorpe, Sigfridus de Hameln aliique. *LVDEVICVS* Comes ſopiuit amica compoſitio-

(c) Albertus C. donauit Amelungesbornenſibus bona in villa Ellerſen, Confirmauit donationem a. 1196 Bernhardus Epiſcopus Paderbornenſis.

ne litem inter Bertoldum Conradumque fratres, filios Henrici de Moringen, et Bertoldum filium Conradi, patrui ipſorum, ac inter coenobitas Amelungesbornenſes, concertantes ſuper duobus manſis in Holthuſen ſitis prope Moringen, a.1280. *LVDEVICVS iunior* Comes teſtatur publice a. 1281, Borchardum de Drovenhagen vendidiſſe eccleſiae Amelungesbornenſi duos manſos in Lutteken A. *LVDEVICVS* Comes et *Ludevicus*, filius ipſius, a. 1312 declararunt, Borchardum de Goltbeke vendidiſſe Amelungesbornenſibus viginti iugera in campo et villa, dicta Lutteken A, ipſis reſignata. Conſenſit in diplomate diuerſo *Albertus* II Comes. *OTTO* Comes a. 1287. declarauit publica charta, Albertum de Negenborn horreum vendidiſſe coenobio Amelungesbornenſi. Memorabile eſt, iam anno 1236 Ducem Brunsuicenſem, Ottonem Puerum, praefectum caſtro Euerſtein aluiſſe Iohannem de Salder, cognomento Nigrum. *CONRADVS* Comes ex conſenſu Conradi filii ſui pro remedio animae vxoris quondam ſuae Ermegardis et filii Comitis Alberti legatum apud Amelungesbornenſes ſanciuit a. 1280. *OTTO* Comes confratribus ſuis Amelungesbornenſibus contulit denuo et confirmauit decimam curtis Walckmole, ab avo ſuo iam eis traditam. Diploma a. 1243 eſt editum.

CONRADVS Comes eisdem a.1251 tradidit molendinum, prope Goltbeke ſitum cum iugeribus quatuor, receptis $12\frac{1}{2}$ marcis. *ADELBERTVS* II declarauit, Amelungesbornenſes a patre ſuo obtinuiſſe nonnulla bona. *LODEWICVS ſenior* Comes fratribus de Negenborne Hartwico, Theoderico et Geroldo in feudum tradidit noualia duo, et alia, a. 1271. *Lodewicus* a. 1307 terminos limitum inter agros Drouenhagenſes et montem Voghelere renouauit. Diploma inde confectum et ſatis copioſum. *Hermannus* Comes conſenſu filii ſui *Ottonis* aduocatiam ſuper tribus manſis, in Oſterſen ſitis, a. 1267 receptis viginti ſolidis monetae grauis, Amelungesbornenſibus tradidit. *Otto* Comes a. 1291 profitetur, Eliſabetham Conradi de Wenthuſen viduam ex conſenſu filiorum Henrici et Arnoldi filiarumque Eliſabetae et Helmburgis vendidiſſe eisdem dimidium decimae in Ratgotſen. Conſenſit feudi Dominus Comes Ludolphus de Dasle, cui bona illa prius reſignarant Henricus de Wenthuſen ac Ludolphus de Stockem. Teſtes, patruelis Ottonis Otto de Buren, Guiſo camerarius, Hermannus de Orde Ottonis aduocatus, Ludolphus de Stochem, Iohannes de Hedewigeſſen. Datum in caſtro Pol.

Diplomata nonnulla horum Comitum data ſunt in oppido Bodenwerder, quod tunc quoque Inſula vocabatur, quippe quod Viſurgis circumfluit. Inclitis Comitibus *Lodewico Seniori*, *Ottoni* et *Engelberto* H. cognomento Hircus (Bock) villam Bodendal a. 1286 reſignauit. Traditionis teſtes fuerunt H. de Homburgk, Godefridus de Eleſe, Theodericus Hircus de Oldendorp milites aliique. Conſenſerunt eodem anno *Lodevicus* et *Engelbertus* Comites de Euerſtein. *ENGELBERTVS* tradit a. 1288 Amelungesbornenſibus duos manſos in Bodendal cum piſcationibus; *OTTO* autem Comes eis ſex ſolidos grauium denariorum in ſuperiori molendino Altendorfenſi et in inferiori Holtesmindenſi duo moldera ſiliginis donauit anno 1275. Paullo ante, videlicet anno 1243 *Conradus* Comes ex conſenſu filii Conradi et fratrum pro remedio animae vxoris ſuae Lutgardis, quae in coenobio Amelungesborne ſepulta fuerat, decimam coenobio eidem donauit Bredenvordenſem. Quam donationem *Conradus*, filius Conradi, conſenſu ſuo ac Ottonis filiique ſui Alberti muniuit anno 1259.

LVDOVICVS Comes a. 1257 teſtatum fecit, Bertoldum de Grene militem conſenſu fratrum manſos duos, in Grene ſitos, eccleſiae Amelungesbornenſi vendidiſſe marcis duodetriginta. Teſtes Henricus Rebock, Henricus de Dunckhole, Henricus dapifer.

OTTO Comes a. 1275 in oppido Holtesminnen tabulam donationis Amelungesbornenſibus decreuit. *Otto*, Comes dictus de Euerſtein, a. 1240 eisdem legauit nouem talentorum cenſum ex bonis prope Hemmendorpe ſitis, ac dein receptis 40 talentis monetae Hildenſemenſis plane eidem renuntiauit. Teſtes donationis exſtiterunt fratres Ottonis, militesque, videlicet Praepoſitus Fredericus, Praepoſitus Albertus, Conradus, Lodewicus, Hermannus, Comites de Euerſtein fratres, Albero de *Herſtelle*, Henricus dapifer, Henricus Rebock, et ipſe Abbas Theodericus. Conſenſionem impertiit anno eodem Hermannus, Abbas Corbeienſis. Conſerunt demum a. 1283. Non. Dec. Otto, Bertoldus, Fredericus filii Comitis Alberti de Euerſtein cum matre Iutta et patruo Conrado. Sigilla diplomati adiunxerunt Otto et Conradus Comes ipſius patruus, Comes Lodewicus Senior, Comitis Ottonis filii nempe Comes Hermannus, ac Comes Lodewicus iunior, Domini de Euerſtein, et Dominus Henricus de Homborg.

LV.

LVDEVICVS Comes a. 1254 declarauit, Abbatem et coenobitas Amelungesbornenſes ſibi mutuas dediſſe decem marcas pretii Huxarienſis, marca ad ſolidos decem computata. Donauit eisdem $1\frac{1}{2}$ manſum in Ellerſen et decimam in Graven, conſentientibus vxore ſua Adela et filio Alberto. Teſtes exſtiterunt Henricus de Luthardesſen, Henricus Rebock aliique. Idem a. 1258 eisdem vnum manſum, ad Ellerſen ſitum, ex conſenſu vxoris Adelae dono dedit. Sigilla diplomati ſimul addiderunt frater eius Otto et Ludolfus Comes de Dasle cognatus ipſius. Teſtes fuerunt Comes Otto, Comes Ludolfus de Dasle, Henricus Rebock, Florentius et alii complures. *LVDEVICVS ſenior* a. 1288 Amelungesbornenſibus duos manſos in Bredenbeke ſitos donauit. *LVDEVICVS* a. 1252 diplomate dato declarauit, Hermannnum de Borie in caſtro Euerſtein coram militibus decimam Haversfordenſem reſignaſſe ſibi, locum tenenti nobilis de Arnem, qui illam reſignauit eodem anno Ottoni Epiſcopo Paderbornenſi, qui demum anno 1283 conſenſit in id, vt decima Amelungesbornenſibus cederet.

CONRADVS Comes a. 1268. 5. Kal. Maii, in compenſationem damnorum, eccleſiae b. Virginis in Amelungesborne illatorum, reſignauit eidem proprietatem decimae per agros villae Drubere. Theodericus miles, dictus de Stockem, illam decimam antea, receptis 81 marcis argenti examinati a coenobio Amelungesbornenſi, conſenſu vxoris Rikekae ac heredum Lippoldi, Erneſti, Iohannis, et Hildebrandi, Conrado reſignauerat. Teſtes erant Hermannus de Ganderſem, Theodericus de Piſcina milites, aliique. Sigilla adiunxerunt Lippoldus Decanus maioris eccleſiae Hildenſemenſis, Ecbertus miles dictus de Toſſem, Hugo ac Theodericus filius, dicti de Holthuſen. Cum eisdem fideiuſſit Iohannes miles, dictus de Wulvinge.

Bernhardus, Epiſcopus Paderbornenſis, publico diplomate a. 1204 anno epiſcopatus ſui ſeptimo ac decimo, Indict. VII., declarauit, Comitem *ALBERTVM* de Euerſtein donaſſe Amelungesbornenſi eccleſiae partem nonnullam ſiluae, quae dicitur Solego, attinentem *villae* Holtesminne. Idem Epiſcopus, inductus precibus Euerhelmi Abbatis in Amelungesborne, donauit coenobio Euelhelmi decimam in Ellerſen, et recepit eius loco villam Berge, praeſente illuſtri Saxonum Duce Henrico, qui decimam eamdem ex feudo a Paderbornenſi eccleſia tenuerat, et villam Berge eius loco receperat. Teſtes donationis Bernhardus Praepoſitus, Sigfridus et Lamfridus Canonici, *Comes Albertus de Euerſtein*, Volquinus de Swalenberg et miniſteriales nonnulli.

CONRADVS Comes conſenſu ſuorum a. 1217 donauit Amelungesbornenſibus ſiluam, vulgo *Sundere* vocatam, cum poſſeſſione adiacente, quae Helle dicebatur. Teſtes Godeſchalcus de Pleſſe.

LVDEWICVS ſenior, *Albertus et Ludewicus*, ipſius filii, in remedium animae Dominae Adelae et ſuarum animarum eisdem donarunt a. 1266 decimam per viam lapideam *de grauen* vsque Bredenuorde aliaque bona. Conſentiunt reliqui filii *Otto et Bernhardus*. Teſtes diplomatis exſtiterunt caſtellani de Euerſtein.

VOLQVINVS Epiſcopus Mindenſis, proprietatem decimae in Bredenuorde eisdem dono dedit, antea ex feudi nexu a nobili viro *Conrado Comite Euerſteinenſi* poſſeſſam. Donatio incidit in annum 1282.

Margareta vxor Reinheri militis de Vornholte reſignat a. 1305 decimam Lotbeccenſem duosque inibi manſos viris nobilibus *Lodewico et Ottoni* Comitibus Euerſteinenſibus. Teſtes Bernhardus de Halle Canonicus Hamelenſis, Conradus Marſcalcus miles, Burchardus de Saldere, Bertoldus de Godenſtede famuli. 1305. in vigilia circumciſionis Domini.

LODEWICVS Comes donauit a. 1284 eccleſiae Amelungesbornenſi duos manſos cum VII iugeribus et vna curia ac granario in Goltbeke cum proprietate et omni iure, quod eisdem adhaerere intelligebatur in piſcaturis et venationibus. Sigillum diplomati ſimul adiunxit Lodewicus filius. Teſtes exſtiterunt Mauritius Abbas Amelunxbornenſis, Henricus Rebock cum fratribus ſuis Erpone et Florentio, Henricus de Boffeſen, Iohannes de Bokelem, Theodericus de Cuffendale, Hermannus de Beueren, Wasmodus de Indagine.

OTTO Comes a. 1240 Amelungesbornenſibus ius ſuum in molendino, prope Goltbeke ſito, tradidit. Conſenſit *Conradus* Comes diſtincto diplomate addiditque donum quatuor iugerum, receptis $12\frac{1}{2}$ marcis, a. 1251.

HERMANNVS Comes Euerſteinenſis ex conſenſu vxoris Hedewigis, Ottonis filii ac heredum reliquorum decimam Goltbeccenſem eisdem vendidit, receptis centum marcis denariorum grauium. Conſenſerunt Otto et Ludeuicus Comites fratres Hermanni

manni

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

manni et Conradus filius fratris ſui. Teſtes traditionis Arnoldus Abbas, Otto, Ludeuicus, et Ludolfus de *Daſle*, Comites, Henricus *Rebok* miles, Hermannus dapifer, Conradus de Paderborne et alii. a. 1260 indict. 3.

LVDEVICVS Comes contulit a. 1271 eccleſiae Amelungesbornenſi proprietatem manſi dimidii in Goltbeke, conſenſu filiorum noſtrorum Alberti, Lodeuici, Ottonis, nec non omnium heredum ſuorum, receptis 24 ſolidis monetae Huxarienſis.

LVDEVICVS Comes de Euerſtein et *Ludolfus* Comes de *Daſle* diplomate publice a. 1272 declararunt, Ottonem cognatum, filium Comitis Hermanni, qui ob decimam Goltbeccenſem mouerat litem, in placito Huxarienſi quindecim marcas a coenobitis Amelungesbornenſibus accepiſſe iurique ſuo renuntiaſſe, renuntiaturos quoque tempore ſuo adhuc impuberes cognatos ſuos, fratres, *Bernhardum et Albertum.*

SIGFRIDVS Dei gratia ſanctae Maguntinae ſedis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, a. 1241 anno Pontificatus ſui vndecimo declarauit ſcripto publico, ſeſe decimam in villa Luthardeſſen et in proxima villula videlicet Hildwardeſſen, a viris nobilibus *Cunrado*, *Ottone*, *Hermanno et Lodewico* fratribus Comitibus de Euerſtein ſibi reſignatam, ob preces Conradi maioris natu contuliſſe coenobio Amelungesbornenſi, Comitesque eo nomine eccleſiae Moguntinae tres manſos, in villa Berge, in compenſationis vicem offerre in feudum. Diploma eſt Northeimii datum V Id. Mart.

ENGELBERTVS Comes publice declarauit a. 1287, aui ſui comitis Conradi et filiae ipſius Agnetae, cognatae ſuae et virginis votiuae in Bernighuſen donationem eſſe ratam, qua duos manſos in Goltbeke ſitos eccleſiae Bernighuſanae libere in perpetuum poſſidendos contulerit. Sigillum diplomati quoque ſubiunxit patruus eius Comes Lodewicus ſenior. *Giſla* vero, Abbatiſſa Bernighuſana, diplomate dato teſtatur, ſeſe eos manſos decem marcis puri argenti eccleſiae vendidiſſe Amelungesbornenſi. Diploma Giſlae datum eſt Huxariae a. 1287 in die b. Iohannis Baptiſtae.

LODEWICVS Comes Ottoni Epiſcopo Mindenſi decimam, ad Reinleueſſen, eo pacto reſignauit, vt ea eccleſiae Amelungesbornenſi libera conferretur et Comes viciſſim vnum manſum, in Goltbeke ſitum, iure proprietatis ad ſeſe ſpectantem, eccleſiae Mindenſi in feudum offerret.

Eam reſignationis conditionem adprobauit ac confirmauit *OTTO*, Epiſcopus Mindenſis, a. 1268. 3 Id. Oct. Teſtes fuerunt Gerhardus Decanus, Bernhardus de Roſtorpe Canonicus Mindenſis, Magiſter Henricus ſcriptor eius, frater Arnoldus de ordine praedicatorum, Henricus aduocatus eccleſiae, dictus de Scalkesbergk, Gerlacus dapifer eius, Achilles de Hemmenhuſen aliique.

Anno 1284. Non. Iul. Bernhardus Corbeienſis Praepoſitus ac nobiles viri, Dominus *Lodewicus Senior* Comes de Euerſtein, Dominus Albertus Comes de Swalenberge et conſules Huxarienſes litem quamdam compoſuerunt, quae fuerat agitata de molendino quodam cum nonnullis. Compoſitionis clauſula contingit a. 1285 in oppido Holtesminne, praeſentibus *Lodewico* Comite de Euerſtein ſeniori et *Conrado*, Lodewici ſenioris filio.

OTTO Comes duos manſos ad Wabeke ſitos Hoſpitali adſignauit Amelungesbornenſi a. 1280, cui antea iam adiunxerat ius Leinwere et ius in curiam vnam a. 1270.

LODEWICVS ratam habet a. 1299 patris ſui Lodewici donationem, qui proprietatem bonorum in Bedendale Amelungesbornenſibus tadiderat. Teſtes extiterunt Conradus de Amelungeſſen, Albertus de Altenburg milites aliique.

LODEWICVS Comes Amelungesbornenſibus a. 1304 in die Ceciliae Virginis permittit, vt muros coenobii extendant et vias ante illud obſtruant. Teſtes fuerunt Strigerus Illuſtris Principis Ducis Henrici de Brunswick in Euerſtein Aduocatus, Henricus de Elmerinchuſen, Iohannes de Werdigehuſen, Hermannus Haken, Hermannus de Beueren, Conradus Ellenhoſen famuli. Diploma eiusdem argumenti dedit a. 1303 dominica Reminiſcere Henricus Dux Brunsuicenſis Hertesbergae.

OTTO nobilis domicellus, Comes de Euerſtene, ex conſenſu fratrum ſuorum *Hermanni*, *Iohannis*, *Ottonis et Meinhardi* vendidit coenobio Amelungesbornenſi tres manſos in campo villae ſuae Bredevorde ſitos, absque actione, precaria et omni ſeruitutis genere liberosque, marcis 30 per modum oppignorationis. a. 1351.

HERMANNVS et OTTO fratres Dei gratia Comites de Euerſtein approbant donationem proprietatis duorum manſorum ſitorum in Lotbeke, quos patri ſuo Reinhe-

rus

rus de Vornholte miles in gratiam Amelungesbornenſium reſignauerat. Teſtes exſtiterunt Otto domicellus conſanguineus ſuus Comes de Euerſtein aliique. 1319 pridie Kal. Martii.

LODEWICVS Comes Henrico Duci de Brunswigk reſignauit in gratiam coenobii Amelungesbornenſis quatuor manſos, ſitos in campo villae Goltbeke a. 1302.

LODEWICVS iunior Comes renuntiat iuri ſuo in duos manſos ad Goltbeke, quos pater ipſius coenobio Amelungesbornenſi vendiderat. Teſtes cognatus ipſius Henricus de Homborg et Henricus de Luthardeſſen famulus. 1312 in vigilia b. Iacobi Apoſtoli. Idem, filius quondam Lodewici, vendidit cuidam Iohanni horreum quoddam, ſitum in coemeterio villae Goltbeke, a. 1319 in die S. Odelrici Epiſcopi et Confeſſoris.

OTTO Comes teſtatur, permiſſu ſuo Ludolphum militem camerarium de Hildenſem et Conradum de Luthardeſſen famulum, huius ſocerum, oppignoraſſe coenobio Amelungesbornenſi dimidium decimae in Richardeſſen. Teſtes Hermannus de Woldenberg, Lippoldus Hoye, Henricus de Wenthuſen milites aliique. 1302 in Epiphania Domini.

HERMANNVS Comes pro memoria agnati Comitis Hermanni et fratris ſui C. *Ottonis* omniumque Comitum Eberſteinenſium villicationem Goltbeccenſem et duos ibi manſos donat Amelungesbornenſibus a. 1398.

OTTO Comes ex conſenſu vxoris ſuae *Lutgardis*, nec non *Hermanni et Ottonis* filiorum ſuorum ac *Eliſabethae* filiae tollit cenſum annum ſex ſolidorum, de curia Reinleueſſen a coenobio Amelungesbornenſi penſitari ſolitorum, renuntians iuri ſuo in villicationem Goltbeke. Sigilla ſimul ſubiunxerunt Otto domicellus dictus de Buren et Gerhardus Comes de Hallermunt. A. 1308.

HERMANNVS Comes de Euerſtein et Dominus de Lippe exſoluit coenobitas Amelungesbornenſes ab officio, quod hi praeſtare debebant ipſi in alendis canibus intra curiam Reinleueſſanam. 1413 die Iouis poſt initia anni. Idem a. 1420 in vigilia Pentecoſtes confirmauit priuilegia et iura Amelungesbornenſium, et eos ab omni ſeruitute, ex curia in Reinleueſſen praeſtanda, pronunciauit immunes.

De cetero iam ſupra, ſuppleturi vitam Margaretae Abbatiſſae, indicauimus, Comites Eberſteinenſes ab eccleſia Ganderſemenſi tenuiſſe duos manſos in Grene, et poſtea totidem in Budendale.

Ad p. 1415. ſq. et Embecam.

Situs loci ad amnem *Ilme* inſpirat mihi coniecturam, in proximo olim exſtitiſſe *Elmgau*, *Almga*, *Helmgau*, pagum antiquum Saxoniae, de quo vberius commentabitur Conſiliarius Britannicus Grupius, fautor ſingularis in opere, quod ſedulus vrget, de *Pagis Saxoniae Antiquis*, inſerendo monumentis, de *Saxonia antiqua* inſcribendis. Dabimus in praeſens ſummas quorumdam diplomatum.

OTRAVENVS Dei gratia Eimbicenſis Praepoſitus a. 1236. Indict. IX. publice profitetur, ſeſe omnia bona, quae Theodericus de Bergoldeshuſen in villa eadem de manu illuſtris Principis Domini Ottonis Ducis de Brunsuigk olim tenuerit, videlicet ſex manſos et vnum molendinum, ſicut ab eodem Principe et Theoderico ſuae eccleſiae erant donata, transtuliſſe ad Amelungesbornenſes, receptis ab Abbate Theoderico 56 talentis Hildenſemenſis monetae, in decima Bennenhuſenſi locatis. Teſtes Theodericus de Altendorp, Hartmot de Bennenhuſen, Henricus de Negenborne.

CONRADVS Dei gratia Praepoſitus eccleſiae Eimbicenſis, Henricus Decanus, Arnoldus Scholaſticus, Henricus Cuſtos totumque Capitulum a. 1283 recognoſcunt, litem interceſſiſſe inter ſe et eccleſiam Amelungesbornenſem ſuper ſex manſis et molendino in villa Bergoldeshuſen, quae Otrauenus a. 1281 Amelungesbornenſibus vendiderat, ſibique fuiſſe marcis decem argenti puri ſatisfactum. Teſtes Henricus de Wenthuſen, Conradus dapifer, milites, Conradus de Holthuſen, Lentfridus, Ludolphus de Mackenhuſen, Conradus de Ganderſem, Wernherus de Northem, Iohannes de Prato, ciues Eimbicenſes.

Idem a. 1263 Amelungesbornenſibus contulit vnum manſum ſitum in Holthuſen aliumque ad Hollenſtede ſitum loco eius adſciuit. Teſtes Lodewicus de Roſtorp miles, Lippoldus de Wetſen miles fratresque eius Giſelbertus et Georgius.

Idem a. 1279 teſtatur, Lippoldum filium de Wetteſſen fratremque eius Giſelbertum et Georgium vendidiſſe 57 marcis puri argenti tres manſos et dimidium in Stockem. Sigillum adiecit Theodericus de Hardenberge. Teſtes Henricus Decanus, Conradus

 pleba-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plebanus, Arnoldus Scholaſticus Canonici in Embeke, Otto de Bouenten, Theodericus de Oldendorpe milites, Henricus de Stockem, Alexander de Ybere famuli.

Magnifico Viro Domino Bodoni, in Homborgk dominanti, Eckhardus Decanus totumque Capitulum eccleſiae Eimbicenſis indicant, filias Henrici - - apud templum ſuum reſignaſſe vnum manſum, dictum Letgaſteshoue, continentem iugera quadraginta quinque, in campo villae Osdageſſen ſitum. Teſtes Grubo de Grubenhagen miles, Thidericus de Oldendorp, Bodo de Odeleueſſen. 1315. 15 Kal. Iun.

Ad p. 1426. et Comites Hallermundanos.

GERHARDVS Dei gratia de *Halremunt* Comes recognoſcit diplomate edito a. 1315, quod litigauerint Amelungesbornenſes cum Alberto ſeniori ac Henrico et Alberto filiis eius nec non Henrici heredibus, Comitibus de Swalenberge ſuper quaedam bona, et ſe ex compromiſſo arbitrium ſuſcepiſſe, et coenobitis non poſſe non ſuffragari. Pronuntiatae ſententiae interſuerunt Rubertus Abbas Corbeienſis, Fridericus Praepoſitus Corbeienſis, Godefridus Decanus eccleſiae S. Petri in Huxaria, Ludeuicus Comes de Euerſtein, Iohannes de Doteſſen, Conradus de Luthardeſſen, et Albertus dictus Bock gener eius, milites, Hermannus de Germerſen, Hermannus Hake, Conradus et Iohannes fratres de Euerſtein et Bernhardus de Eynem famuli.

Arnoldus de *Hauersuorde* miles confirmat permutationem quorumdam agrorum, in campo Ellerſen ſitorum, ſito iuxta viam verſus Holtesminne. Teſtes Hermannus et Iohannes fratres dicti de Euerſtein famuli, Arnoldus de Beueren etc. a. 1313. Kal. Aug. Eamdem confirmationem denuo confirmauit *Rupertus* Abbas Corbeienſis. Teſtes adfuerunt GERHARDVS de *Hallermunt* Comes, Euerhardus de Nienkercken miles, Hermannus de Brakele, Conradus de Oldenborg, Iohannes dictus Rebock et Heinemannus de Euerſtein famuli. a. 1315 poſtridie B. Seruatii Epiſcopi.

Ad p. 1428. Ad notam (d) erat commemorandus liber Kriegii, inſcriptus: Hartzburgiſcher Mahlſtein, d. i. Entwurf der Hartzburgiſchen Merckwürdigkeiten, nebſt 4 Saltz-und Danck-Predigten 8 Goſlar. 1709. 12 plagg.

Ad p. 1435. et Dominos Homburgi.

In tabula Henrici Leonis ad a. 1156 obuius eſt inter teſtes *Bertoldus de Homburg.*

In diplomate Henrici Leonis ad a. 1166 occurrunt *Bodo* et *Bertoldus de Homborgk* inter liberos; inter miniſteriales vero Henricus Strabo de Homborgk. Bodo et Bertoldus de Homburg ad a. 1186 denuo coniunguntur in diplomate Sigfridi Epiſcopi Paderbornenſis, quo is prouentum decimationis in Adelloldeſſen, i. e. Arolzen, Parocho Aldendorpienſi, Monacho Amelungesbornenſi, legauit. Teſtes praeterea memorantur Albertus Comes de Euerſtein, Wedekindus de Schwalenberge, Wedekindus de Waldeck, Conradus de Schowenburg, Amelungus Comes de Padelborne. Alius *Bertoldus* cum *Othelrico de Homborg* commemoratur inter teſtes in diplomate Wicelini Abbatis Northeimenſis ad a. 1144. 6 Kal. Iulii. *Henricus de Homborg* dicitur Ludeuici Comitis Eberſteinenſis cognatus, in huius diplomate ad annum 1312. Sunt ad manus multa ſane diplomata, a Dominis Homburgenſibus quondam data, e quibus ſummas ſaltem decerptas cum publico communicare liceat. BODO *ſenior* et BODO *iunior*, *fratres de Homburgk* a. 1220 teſtantur, litem patris ſui cum Amelungesbornenſibus ſuper bonis in parochia Eſchershuſen ſitis, in quibus ſibi ius aduocatiae tribuere contenderat, ita ab arbitris eſſe definitam, vt Monachi duos ipſi manſos in Swalenhuſen et duos in Reinleueſſen ſitos contulerint, quo in poſterum a vexationibus forent liberi. At filii hoſce manſos ob ſuae animae remedium denuo coenobitis tradunt, duos videlicet Reinleueſſanos; tribuunt tamen ſibi ius aduocatiae in bona Monachorum, quae Odenrode vocabantur.

Domini Homburgenſes exeunte ſaeculo decimo tertio exſtruxerunt caſtrum Grene, quod haud procul a villa Grene hodieque in edito colle ſupereſt et domicilio praefecturae inſeruiit vsque ad huius ſaeculi initia. Origo conſtructionis patet ex diplomate, quo BODO *Dominus in Homburgk* et HENRICVS *filius eius*, quo Amelungesbornenſium confirmant priuilegia et diploma Bodonis vtriusque, cuius modo argumentum dedimus, confirmant, caute addentes, Abbatis non fore, Dominos *ſuper caſtro iuxta villam Grene conſtructo* couenire vel querelis infeſtare. Diploma eſt datum a. 1308 praeſentibus Bertramo Abbate, Geroldo Priore, Arnoldo de Swalenberg aliisque Monachis, Henrico de Woldenberghe Hildenſemenſis baſilicae Decano, Henrico de Homborg, fratre Bodonis, eiusdem eccleſiae Canonico, Magiſtro Wernhero Canonico S. Crucis,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Crucis, Comite Mauritio de Speygelberge, Lippoldo de Kotlingen, Brunone de Vrenke, Hermanno de Dudingen militibus, Brunone de Rodenberghe et Iohanne Proit famulis. A. 1308.

BODO de Homborg ſenior teſtatur, quod ipſe ac filii ſui *Bertoldus*, *Henricus*, *Lodewicus* et *Albertus* conſentiant donationi cuidam, qua *Iohannes* miles de Homborg, patruelis ipſius et coheres curiam Dickhof, ſitam in villa Holthuſen, eccleſiae Amelungesbornenſi tradiderat. A. 1292 in die S. Iohannis ante portam.

HENRICVS de *Homborg* conſentit donatae curiae Dickhof et molendino adiacenti, a patre Iohanne eccleſiae Amelungesbornenſi traditis. Teſtes Hermannus Comes de Woldenberge, ſocer Henrici, patruus *Bodo de Homborg*, Henricus de Luthardeſſen miles, Conradus de Luthardeſſen, Arnoldus de Hauersuorde, Bruno de Rodenberge, Erneſtus de Eimmeren, Iohannes de Roden, Hermannus Bock famuli, frater Iohannes de Riuo aliique. Anno 1296. 4 Kal. Sept.

OTTO Epiſcopus Paderbornenſis diplomate a. 2292 in die Tiburtii et Valeriani Martyrum declarat, *Henricum de Homborg* auunculum ſuum, ex Giſela ſorore ſua tum defuncta natum Amelungesbornenſibus ſuper poſſeſſione curiae Dickhof litem intendiſſe, eique monitu ipſius vna cum *fratre Bodone* renuntiaſſe. Teſtes Comes Otto de Buren Epiſcopi conſanguineus, Dominus Stephanus de Valckenberg, Albertus ſenior de Amelungeſſen, Raueno de Papenem milites. Datum in opido eius Soltcoten.

BODO Dominus in *Homborg* permittit, vt Abbas Amelungesbornenſis Bertramus muros clauſtri extendat et viam ante clauſtrum obſtruat. Teſtes Iohannes Prior et Iohannes de Woldenberge ſororis Bodonis filius, Monachi ibidem, Henricus de Wenthuſen, Henricus de Grubo milites, Arnoldus de Hauersuorde, Bruno de Rodenberge, famuli. Datum Oldendorp a. 1303 in die Gregorii Pagae.

BERTOLDVS et *HENRICVS* Domini de *Homburgk* patris ſui Bodonis contractum oppignorationis relaxant a. 1237. praeſentibus Theoderico Abbate, Arnoldo Priore, Iohanne Suppriore et Conrado Camerario, Wernhero ſacerdote de Altendorpe, militibus vero Ludolpho de Oltwardeshuſen et Vdone caſtellanis in Homburgk.

BODO miles et Dominus in Homburgk conſenſu Henrici Canonici eccleſiae Hildenſemenſis vendit curiam ſuam, in Bruneſſen ſitam, duosque manſos et vnam aream, 17 marcis puri argenti Amelungesbornenſibus. Ea bona Bodo ab auunculo ſuo Comite Hermanno de Woldenberg iure feudali tenuerat, qui et ipſe conſentit venditioni vna cum Cunegunde vxore ſua et Bodone filio ſuo ac Gerburge filia ſua, rurſusque Bodonem ſuum vocat auunculum. Teſtes aderant Gerhardus de Ganderſem, Henricus Raibo, Wasmodus de Haſtenbeke, Hartungus de Elze, milites, patruelis Bodonis *Henricus de Homborgk*, Conradus de Luthardeſſen, Arnoldus minor de Hauersuorde, Bruno de Rodenberg, Erneſtus de Embere, Hermannus Bock, Henricus de Luthardesſen, famuli. 1299 poſtridie S. Viti, in ciuitate Oldendorp.

HENRICVS de Homborg praeſentibus Abbate Amelungesbornenſi et Wernhero Praepoſito Lammeſpringenſi a. 1244 teſtatur, Hermannum Spiringum omni renuntiaſſe actioni, quam Amelungesbornenſi eccleſiae ſuper bonis, in Ellerſen ſitis, intenderat.

BODO Dominus in *Homborg* a. 1295. 6. Id. Iun. publice ſignificat, Conradum de Luthardeſſen curiam ſitam in villa eadem et quatuor manſos, in villa Deddenhuſen ſitos, conſenſu vxoris Eliſabetae Amelungesbornenſibus vendidiſſe et coram gograuio illius dominii conſtituto in iudicio ſuo reſignaſſe. Datum in oppido Oldendorpe.

HENRICVS Dei gratia Dominus in *Homborg* ex conſenſu *Bodonis filii* et *Bodonis cognati* confert Amelungesbornenſibus dimidium decimae in Negenborne pro remedio animae vxoris ſuae Dominae *Methildis*. Teſtes Ber. de Brakel, Ludolfus Comes de Dasle, Hartungus de Aulica, Conradus de Bernerode aliique.

BODO ſenior et BODO iunior fratres de Homborg teſtantur a. 1222, Ludegerum Lode militem bona ſua in Latuorde eisdem vendidiſſe.

Hermannus Abbas Corbeienſis diplomate a. 1242 teſtatus eſt, Lutgardam de Homborg pro remedio animae ſuae et ſuorum comparaſſe eccleſiae Caminatenſi 4 manſos ſitos in Latuorde marcis quinquaginta. Teſtes Hermannus Abbas de *Lucka*, Conradus Praepoſitus de Caminatis, Henricus Prior de Amelungesborne, Arnoldus miles de Porta, Alberto de Herſtelle, Hartungus miles de Aulica aliique.

BODO Dominus de Hombergk conſenſu *Henrici fratris*, Hildenſemenſis et Mindenſis Canonici, Agnetis vxoris ſuae, nec non *Henrici*, *Bodonis*, *Hermanni*, *filiorum*

ſuorum, *Alheidis et Agnetis filiarum* ſuarum, *Cunegundis et Sophiae, ſororum* ſuarum vendidit a. 1302, receptis quinquaginta marcis puri argenti coenobio Amelungesbornenſi curiam ſuam et manſos quatuor in villa et campo Volchardeſſen. Teſtes aderant Hermannus Comes de Woldenberge, Henricus de Wenthuſen, Henricus de Halle, Albertus de Hupede, Bruno de Vrencke milites, Bruno de Rodenberge, Thidericus de Halle famuli.

HENRICVS miles et Dei gratia Dominus in Homburgk declarat, Rudolfum de Oldendorpe curiam vnam, ſitam in Wabeke, de ſuis ac aliorum eleemoſynis emiſſe et contuliſſe Hoſpitali ad ſuſtentationem pauperum in Amelungesborne. Datum in Homborg 1260.

OTTO Comes de *Rauensberge*, Fredericus Decanus eccleſiae S. Mariae Bilueldenſis, iudex conſulesque oppidi Bilueld declarant, *Bodonem* filium Domini *Iohannis* nobilis viri de *Homborg*, inductum precibus Ottonis Epiſcopi Paderbornenſis curiam Dickhof et molendinum coram ſeſe reſignaſſe eccleſiae Amelungesbornenſi pro ſalute Giſlae b. m. ſuae matris. Acta ſunt illa coram iudicio, praeſentibus Domino Henrico Top et Reinberto de Buſche militibus, Bernhardo et Euerhardo fratribus dictis Top, Bernhardo dicto Valcke, famulis, Ecberto dicto Swarte iudice in Biluelde 1296. feria ſecunda poſt Nicomedis Martyris.

LODEWICVS Dei gratia Thuringiae Landgrauius et Saxoniae Comes Palatinus diplomate publico docet, eccleſiam Amelungesbornenſem praedium Siddemanneshuſen a libero quodam *Ottone* de *Balinhuſen* emiſſe et inde lites exarſiſſe, compoſitas tandem, viuente Abbate Godeſcalco. 1245.

HENRICVS Dei gratia Dominus in Homborgk conſenſum impertit Lippoldo militi de Watteſſen, vt decimam Watteſſenſem 66 marcis argenti venumdet. Teſtes Iohannes de Oldendorpe et Iohannes de Stockhem ſacerdos, Conradus de Luthardeſſen, Iohannes de Rodenberge, Conradus de Rodenberge, Iunius de Wetſen milites. a. 1267.

BODO iunior et *BODO* ſenior de Homborgk fratres bona ſua in Reinleueſſen cum omnibus adnexis et in *gwirra* piscariis vendiderunt eccleſiae in Amelungesborne, acceptis 16 marcis, Praeſentibus Abbate Godeſcalco, Henrico Cellerario et Conrado de Paderborn monachis; Nobilibus Conrado de *Honboke*, Thiderico de *Hardenbergk*, Thiderico de Adenoys: miniſterialibus Thiderico de Embere, Riqwino de Winthuſen, Henrico de Scherue militibus aliisque quamplurimis. Pro Bodonis iunioris filio Bertoldo et filia Iutta fideiuſſerunt tres adducti nobiles cum Bodone ſeniore. a. 1220.

HENRICVS de Homborgk placito inter Ecbertum, filium Henrici dicti de Curia, et eccleſiam Amelungesbornenſem in Eſchershuſen conſtituto, litigantes ſuper manſo dimidio in Altendorpe, pronunciauit pro eccleſia, ſed vt Ecbertus retineret decimam de Buttesdorpe. Bona illa Oldendorpenſia erant feudalia et iure proprietatis ſpectabant ad Comites de Niennouere. Quare Henricus pro Comite Adolpho ſocero ſuo et filiorum ſponſionem ſuſcipit. Teſtes Theodericus Abbas Amelungesbornenſis eccleſiae aliique. 1245.

BODO Dominus in *Homborg et HENRICVS*, filius eiusdem, publice ſignificant, ſeſe vendidiſſe Amelungesbornenſibus decimam et ſex manſos in campo villae Stockem. Conſenſerunt vtriusque vxores, *Agnes* et *Agnes*, et frater Bodonis *Henricus* Canonicus Hildenſemenſis, ac filii eius *Bodo*, *et Hermannus*, ac filiae *Alheidis*, *Sophia et Agneſa*. Fideiuſſores, ſiquis defectus contractui a poſteris, adhuc impuberibus, firmando acciderit, requiſiti et moniti oppidum Hamelen aut oppidum Inſulam intrabunt, extra hoſpitia propria comedentes, non exituri, donec de defectibus omnibus aut ſingulis praehabitis plenius religioſis praedictis fuerit ſatisfactum. Sigilla adhaec adpoſuerunt Henricus de Homborg Canonicus Hildenſemenſis, cognatus Mauritius Comes de Speigelberge, Guntherus Comes de Swalenberg gener Bodonis, et nepos Bodonis Henricus de Homborg. Praeter hos fideiuſſerunt Wuluerus de Inſula, Hartungus de Eleze, Conradus de Bernrode, Hartmannus de Dudingen, Waſtmodus de Haſtenbeke, Albertus de Hupede, Henricus de Oſen, Bruno de Vrencke, Henricus de Halle, Henricus de Wenthuſen milites, Arnoldus de Hauersuorde, Bruno de Rodenberg, Erneſtus Hake, Henricus de Luthardeſſen, famuli. A. 1305 poſtridie S. Gregorii.

BODO de Homburgk confirmat donationem patrui ſui Henrici pro remedio animae ſuae et vxoris Mechtildis. Sigillum addidit Comes Lodewicus de Euerſteine. Teſtes ſunt Heinemannus et Conradus fratres dicti dapiferi et Henricus de Luthardeſſen milites, Henricus Rebock et Florentius, frater eius, famuli a. 1271. *HEN-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

HENRICVS ex conſenſu vxoris et filiorum *Iohannis* et *Bodonis* cenſum tredecim ſolidorum grauium et quatuor denariorum donauit Amelunxbornenſibus a. 1270 in Oldendorpe, in die dominica Invocauit. Conſenſit peculiari diplomate *BODO de Homborgk*, qui Henricum illum vocat ſuum patruum. Sigillum addidit Comes Ludewicus ſenior de Euerſtein, quocum teſtes exſtiterunt Comes Albertus et Comes Ludewicus iunior, filii Comitis Lodewici Senioris. a. 1281. 6 Kal. Octobr.

BODO pater ex conſenſu *Agnetis* vxoris ſuae et *BODO* filius, pariter ex conſenſu *Agnetis*, reſignant ſex manſos in campo villae Stockem ſitos, Alberto et Gunthero Comitibus de Swalenberge, vt eos conferrent coenobio Amelungesbornenſi, nec non decimam Hollenſtedenſem ac decimam Stockemenſem, quarum vtramque Comites ab Archiepiſcopo Moguntino nexu feudali tenuerant. Teſtes Mauritius Comes de Speigelberge, Lippoldus Holtgreue, et Lambertus filius eiusdem, Wulverus de Inſula, Gerhardus de Eleze, Bruno de Vrencke, Henricus de Oſen milites, Hugo de Hallis, Arnoldus de Haversvorde famuli. 1305.

HENRICVS de Homborg ſignificat, Iohannem et Henricum, fratres de Grene, conſenſu ſororum ſuarum Margaretae ac Bertradis dimidium manſum in Grene ſitum vendidiſſe. 1278.

IOhANNES Dominus de Homburg miles ex conſenſu *Henrici*, *Conradi* et *Bodonis* filiorum ſuorum Amelungesbornenſibus donat curiam ſitam in villa Holthuſen, Dieckhof dictam, et 4 manſos eidem adnexos, ad album panem, piſces et vinum in poſteram circumciſionis Domini lucem et memoriam *vxoris* ſuae *Giſelae*, *Henrici* patris, et *Mechtildis* matris ſuae. Teſtes adfuerunt Lodewicus Comes de Euerſtein ſenior, Mauritius Abbas, *Bodo* Iohannis frater ac reliqui fratres *Henricus* et *Hermannus*, ac *Conradus*, filius fratris ſui Canonicus Halberſtadenſis. a. 1290. Kal. Dec.

Idem *IOHANNES* eidem donat coenobio molendinum iuxta curiam Dickhof. a. 1291. in die b. Luciae Virginis.

BODO miles, Dominus in Homburgk diplomate, a. 1300 in die Sylveſtri Papae dato, declarauit, Riqwinum, Theodorum et Iohannem fratres, dictos de Wenthuſen, receptis quatuor marcis argenti, renuntiaſſe omni actioni adverſus Abbatem et coenobium Amelungesborne ſuper vno manſo.

LIPPOLDVS miles Dominus in Homborg nec non Lippoldus miles, Beſeco et Thidericus famuli fratresque, filii prioris Lippoldi, Amelungesbornenſibus dederunt manſos duos cum area, vna in villa *Grene*, excepta curia ad manſos dictos ſpectante exceptoque iure in ſiluis, quod vulgo *Achtwort* dicitur. Teſtes Gerhardus de Ganderſem, Thidericus de Tſellenſtede milites, Henricus et Gerhardus famuli, Gerhardo ex priore nati. Henricus famulus Thiderici illius filius, Henricus de Reden, Albertus de Wallenſtede, Hermannus de Holthuſen - - 1305. poſtridie B. Nicolai Epiſcopi.

BODO Dominus in Homborgk a. 1305 donat duos manſos, ad Dedenhuſen et Luthardeſſen ſitos, eisdem. Teſtes Gerhardus et Hartungus de Eleke, Bruno de Vrencke, milites, Arnoldus de Haversvorde, Bruno de Rodenbergk, Henricus de Luthardeſſen famuli.

BODO ſenior conſenſu *Henrici*, *Ludevici* et *Alberti* filiorum ſuorum vendidit $3\frac{1}{2}$ manſos, ad pagum Eynem ſitos, viginti marcis puri argenti Abbati Bertramo et coenobio Amelungesbornenſi. Teſtes *Bodo* Dominus in Homborgk, Henricus de Winthuſen miles, Arnoldus de Haversvorde; Bruno de Rodenberge, Henricus Ruſchepole, famuli, Thidericus de Hallis, Advocatus, Giſo cellerarius, Thidericus infirmarius, Monachi Amelungesbornenſes. a. 1303 in die Apoſtolorum Simonis et Iudae.

BODO iunior conſentit cum *Henrico* fratre ſuo, Canonico Hildenſemenſi, ac Domina *Agnete* dilecta coniuge ſua, ac *Henrico*, *Bodone*, *Hermanno* filiis ſuis et *Alheyde*, *Agnete* et *Sophia* filiabus ſuis, ac Bodone Seniori, patruele ſuo. Teſtes Henricus Canonicus, Henricus de Wenthuſen miles et reliqui. A. 1304 in craſtino Apoſtolorum Simonis et Iudae.

BODO ſenior et *BODO iunior fratres* de *Homborgk* manſos quinque ad Ellerſen ſitos, a Bertoldo quodam reſignatos, 60 marcis acceptis ſuper altare Dei et b. Mariae Virginis in Amelungesborne obtulerunt. 1220. Teſtes Godeſcalcus Abbas Amelungesbornenſis cum ſuis, Gerhardus de Altendorp, Ricwinus de Wenthuſen, Fridericus de Werdingehuſen, Bertoldus de Hibere, Sigfridus dapifer de Homborgk aliis. Confirmationis diploma a. 1228 addidit Hermannus, Abbas Corbeienſis, in quo memorantur teſtes

Adolfus et Ludolfus Comites de Niennovere, *Bodo ſenior et iunior*, Conradus de Amelungeſen, Iohannes de Paderborne, Vdo de Indagine aliique.

BERTOLDVS et *HENRICVS* Domini de *Homburgk* teſtantur dato diplomate, Abbatem et coenobitas Amelungesbornenſes cenſum marcae dimidiae pro decima in Aderoldeſſen, quem pater ipſorum Bodo ab eccleſia in Oldendorpe poſſederit, ſibi pro marcis 16 obligatum, reſtauro non accepto reſignaſſe. 1237. Teſtes Theodericus Abbas, Ludolfus de Oltwardeshuſen, et Vdo, caſtellanus in Homburg.

BODO miles et *HENRICVS* frater, Domini de Homburg, profitentur, ſe decimam Hollenſtedenſem Frederico et Engelhardo fratribus de Warmeſtorp, 60 marcis examinati argenti, et feudi loco contuliſſe. Teſtes Henricus graculus, Thidericus de Derſpe milites, Theodericus de Aldendorp, Albertus de Wallenſtede, Conradus de Rekelinchuſen, Fridericus de Haſtenbeke, famuli. Datum Homborg. 1293. in feſto Epiphaniae Domini.

SYGFRIDVS nobilis Dominus de Homborg declarat, ſtrenuum famulum Thidericum Hake de conſenſu vxoris ſuae et Erneſtii filii ſui reſignaſſe ſibi vnum et dimidium manſum ſitum ad villam Bredenbeke Mindenſis Dioeceſeos, in gratiam Amelungesbornenſium. Conſentit ipſe Sigfridus cum filiis ſuis *Rudolpho*, *Henrico*, *Alberto*, *Geuehardo* et *Borchardo*. 1354. in vigilia Matthaei.

SYGFRIDVS et *BODO* fratres, nobiles Domicelli in Homborg, coenobio Amelungesbornenſi vendiderunt marcis decem argenti puri dimidiam decimam Negenbornenſem prope caſtrum Eberſtein decimamque minorem. 1345 in octauis Epiphaniae Domini.

SIGFRIDVS Domicellus iuri ſuo quaeſito in bona Amelungesbornenſium Luthardeſſenſia renuntiat, nec non *Rudolfus*, Sigfridi illius filius. 1350 die Paſchatis.

BODO miles et Dominus in Homborg conſenſu fratris ſui *Henrici*, Canonici maioris eccleſiae in Hildenſem, bona ſua in villa *Nanekeſſen* (nunc Nahnſen) nempe $3\frac{1}{2}$ manſos 31 marcis puri argenti Amelungesbornenſi eccleſiae vendidit. Fideiuſſores Hermannus de Woldenberge avunculus ipſius, Albertus de Oldenborg, Th. de Derſpe, H. Steincoppe, Henricus de Hallis, aliique. Datum 1298 in ciuitate Oldendorpe, in vigilia purificationis b. Virginis Mariae.

HENRICVS de *Homborg*, precibus Theoderici Abbatis Amelungesbornenſis inductus, compoſuit litem, ſuper ſilua Quathagen exortam. 1245. Confirmauit compoſitionem Conradus Epiſcopus Hildeneshemenſis 1245. *BODO* miles et Dominus in *Homborg* a. 1291 limites ſiluae Quathagen determinauit, et diplomate deſcribendos curauit. Sigillum adiunxit avunculus eius Comes *Hermannus de Woldenberg*, et patruelis *Henricus* de Homborg.

BODO Dei gratia *Dominus in Homborgk*, Praepoſitus montis S. Mauritii prope Hildenſem pro Abbate Amelungesbornenſi conſtitutus arbiter et Hartungus de Vrencke pro Wilbrando Bock de Northolte famulo compromiſſarius, delecti ad decidendas lites partis vtriusque, pronuntiant, Wilbrandum nil iuris habere in villam Bodendal. 1336.

BODO idem et *Sigfridus* ac *Bodo*, ipſius fratres, nobiles Domicelli in Homborg ex conſenſu fratris ſui Ottonis permutant cum Amelungesbornenſibus decimas ſuas in Strut, agros dictos Borchvelt, villasque in Grene et Wigerdeshagen cum decima minuta, Ochtuma dicta, recipiuntque V manſos in campo Grene et areas, dictas *kotworde*, et alia. Fideiuſſores Iohannes C. de Speigelberge, Henricus Comes de Halremunt, Borchardus de Steinberg, Lippoldus de Vreden, Fridericus Schultetus, Eilhardus de Doteſſen, Iohannes de Saldern, Bertoldus de Reden, Iohannes de Herberge, Hermannus de Bernrode, Hermannus de Hegere, Iohannes de Borie milites aliique pro Domicello Ottone, fratre Domicellorum *Sigfridi*, *Bodonis*, *Rudolphi* et *Henrici* filiorum Domicelli Sigfridi commemorati. 1340. 6 Non. Iul.

HENRICVS Dei gratia Dominus in Homborg teſtatur, Ludewicum de Huldeſſe, recepta vna marca ab eccleſia Amelungesbornenſi, renuntiaſſe liti ſuper vna area monachorum, ſita in Huldeſſe, motae. Acta ſunt illa in Aldendorp 1259.

Conſules oppidi Oldendorp, prope Homburgum ſiti, profeſſi ſunt a. 1316. 4 Non. Iunii, Henricum de Dentingehuſen oppidanum in iudicio forenſi recognouiſſe venditionem, per quam Amelungesbornenſi coenobio tradiderit duos agros et dimidium, in campo villae Aderoldeſen ſitos. Teſtes inter eminet nobilis vir *Henricus* de *Homborgk*, ipſorum Dominus.

Henricus de Luthardeſſen famulus conſenſu vxoris ſuae dominae Sweneken et ſororum Drudeken ac Iuttae et mariti Drudekenæ Thiderici de Elvede, ac Henrici filii

ſui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſui ac Rickae filiae ſuae vendidit Amelungesbornenſibus duos manſos. Teſtes *Bodo Dominus in Homborg*, Hermannus C. de Woldenberge, Henricus de Wenthuſen et Henricus dictus Trube milites, Hermannus de Dunchole, Henricus dictus Rebock et Olricus dictus de Piſcina famuli aliique. a. 1305.

HENRICVS Abbas Corbeienſis, a quo Adolfus et Albertus Comites de Swalenberge decimam in Beverungen nexu feudali tenuerant, iuri ſuo in decimam illam aeque renuntiat, receptis a coenobio Amelungesbornenſi ſex marcis. Teſtes Mauritius Abbas, Adolfus et Albertus Comites de Swalenberge, *Henricus de Homborg* et *Bodo* filius eius, *Bodo filius* fratris eius, Sigfridus de Halle, Conradus de Vslaria. Datum ſuper manum Ludolfi notarii Abbatialis. 1274. Non. Iulii.

ADELHEIDIS Abbatiſſa in *Wunneſtorp* totumque Capitulum cum miniſterialibus ſuis teſtatur, ſe renuntiare omni actioni, quam habuerat intentatam bonis nonnullis, in villa Lantwerdingehuſen ſitis, quorum IV Domina *Lutgardis* vidua defuncti *Bodonis ſenioris de Homburg* adhuc poſſideat. Teſtes Adelheydis Abbatiſſa. Henricus ſenior, Ludegerus, Henricus iunior ſacerdotes. Gertrudis Decana. Eylica Celleraria et totus Conventus. Miniſteriales Iordanus de Eckere, Hartmannus iunior de Emplethe, Henricus de Eckere, Ludolphus Hircus, Hoyerus Hircus, Henricus Hircus. Domina *Lutgardis de Homborg* et filia ſororis eius *Alechiſa*. 1248. Indict. 6.

BODO Dominus in Homborg ex conſenſu Dominae *Agnetis* vxoris ſuae et *Henricus* filius, decimam Hollenſtedenſem a nobilibus viris Dominis *Alberto* et *Gunthero Comitibus de Swalenberge* nexu feudali poſſeſſam, tradiderunt coenobio Amelungesbornenſi. Teſtes Mauritius Comes de Speigelberge et Wulverus de Inſula, Henricus de Hallis et Hermannus de Haſtenbeke milites et alii. 1305. Eum in finem conſenſum donationi impertiuit *Albertus* Comes de Swalenberge vna cum heredibus, Domino *Gunthero*, Canonico Magdeburgenſi, fratre ſuo ac Domino *Gunthero*, Canonico Mindenſi; *Henrico* et *Alberto*, Domicellis, filiis ſuis, et Dei gratia Guntherus Comes de Swalenberge atque *Henricus* frater eius, Canonicus Hildenſemenſis, filii Domini Adolphi Comitis, illam Homburgenſium Dominorum donationem aeque habent ratam. Teſtes adſuerunt Bodo Dominus de Homborg, Mauritius Comes de Speigelberge, Bruno de Vrencke, Henricus de Oſen, Gerhardus et Hartungus fratres de Eleze, milites, et Henricus de Homborg, Erneſtus dictus Hake, Arnoldus de Haversvorde, et Bruno de Rodenberge famuli. 1305 poſtridie Converſionis S. Pauli.

Conſenſum quoque addidit in charta publica *Hermannus* Dei gratia Comes de Peremunt nomine *Lutgardis* vxoris ſuae, quae erat filia nobilis Comitis Alberti de Swalenberge. 1308 in octaua purificationis B. Virginis.

Domicellus *SIGFRIDVS* nobilis Dominus de *Homborg* et Domicellus *Rodolphus* ac *Henricus*, filii ipſius, permutarunt decimam de nouali ad Holthuſen ante Rodenſteine praedio Vinckerodt iuxta pagum tho der Sevene. Conſentiunt Sigfridi filii *Gebehardus* et *Borchardus*. 1360. 2 die S. Andreae Apoſtoli.

HENRICVS nobilis Dominus de *Homborg* et *Gebehardus* nobilis vir de Homborg mutantur $2\frac{1}{2}$ marcas examinati argenti a Wulvero de Wallenſtede et Tilone de Halle famulis et oppignorant eis pagum Holthuſen, prope vrbem Oldendorp ſitum, ſine aduocatia decimisque. 1385.

HENRICVS nobilis Dominus Homborgi et Domicellus Mauritius Comes in Speigelberge accipiunt de Amelungesbornenſibus ad triennium praedium Brockhof. 1389.

SCHONECKE de Naſſau et Barbingen, Domina de Homborg, accepit ab eisdem agros et prata ad villam Grene cum villicatione, quos *Henricus* b. m. *Dominus de Homborg*, maritus eius, ab eis ad nouem annos conduxerat. 1412.

Tabu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tabula genealogica de Dominis Homburgi.

*
Sigfridus I 1128

Bertoldus I 1144. 56. 58. | Othelricus 1144

Bodo I 1158. 66. 73. 86. | Bertoldus II 1184 | Henricus I 1158

Bodo II 1188. 1220. 22. Vx. Lutgardis. | Bodo III iunior 1188. 1220 22. | Bertoldus III. 1220.

Bertoldus IV. 1197. 1237. 1246. | Iutta 1220. | Henricus II. 1237. 53. 59. 60. Vxor N. N. filia Comitis Adolfi de Niennover.

Henricus III 1278. 81. 84. 86. 93. Vx. Mechtildis, ſoror Hermanni C. de Woldenberge | Bodo IV.

Bodo V 1275. 81. 98. Vx. Mechtildis.

Iohannes, Vxor Giſela, ſoror Ottonis Epiſcopi Paderbornenſis | Bodo VI. 1240. 70. 74.

Henricus IV. 1290. Can. Hildesh. et Mindens. 1305. | Conradus 1290 Can. Halberſtad. | Bodo VII 1290 - 1308. vxor Agneſa. | Hermannus 1290. | Cunegundis | Sophia Vxor Henrici C. de Woldenberge 1302.

Bertoldus V 1292. | Henricus V. 1292-1308. Vx. Agneſa. | Lodevicus 1292. | Albertus 1292. | Bodo VIII. 1302. 5. Vx. Agneſa. | Hermannus 1302. 4. 5. | Alheidis. vx. GuntheriC. deSwalenberge. | Agneſa. | Sophia 1305.

Henricus VI. 1305. 1316.

Otto 1340. | Sigfridus II. 1340-60. | Bodo IX. 1340. 45.

Rudolfus 1340, 60. | Henricus VII. 1340. 89. | Albertus 1354. | Gebehardus 1354, 85. | Borchardus 1354. 60.

Henricus VIII. Vxor Schonetta de Naſſau. Ipſe † 1409. 25. Nou. occiſus ab Ottone C. de Euerſtein. | Sigfridus III. 1411. | Eliſabeta.

*
Lippoldus

Lippoldus 1305. | Beſeco. | Fridericus.

*
Sophia

Sophia vxor Bertoldi de Velsberg. | Lutgardis, nupta Bodoni III. | Sophia Canonica Gandersh. 1249. | Gertrudis Can. Quedlinb. 1249.

Bertoldus.

Ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad p. 1453. emendatio:

GEORGIVS I. † 1520.

SIGISMVNDVS I. † 1567.

Anna † 1597. vxor Ludovici C. de Gleichen.	Sabina † 1599. nupta 1) Hectori C. de Gleichen 2) Adamo Baroni de Kitlitz	Magdalena nupta Huberto C. de Beichlingen.	Eliſabetha nupta 1) Io. Schenckio de Tautenberg 2) Rudolph de Bünau.	*SIGISMVNDVS* II natus 1531 † 1570. 31 Oct. Vxores 1) Dorothea, filia Gebhardi VII. C. de Mansfeld, vidua Wolfgangi Sigismundi C. de Gleichen † 1560. 2) Sibylla, filia Antonii C. de Iſenburg 1562 † 1570.	Martha innupta.	Sidonia nupta Iacobo Sigfrido de Northeim	Amalia Canonica Ganderſemenſis.

Wilhelmus 1563. 2 Febr. † 1587.	Barbara Sibylla 1564. 8 Ian. † 1584. 20 Dec.	Anna Catharina 1565. 30 Mart. † 1620. 7 Sept.	Dorothea 1566. 30 Iun. † 1654 24 Dec.	Iohannes Henricus 1568. 12 Ian. † 24 Iun.	*GEORGIVS* II 1569. 10 Ian. † 1641. 3 Nou. Vx. 1) Margareta, filia Georgii C. de Mansfeld, vidua Guntheri C. de Waldec 1600. 2) Dorothea Magdalena Ruthena de Plawen 1620	Eliſabetha Maria 1570. 12 Ian. † 1570.	Sigismundus Antonius 1571. 7 Mart. † 1600. 25 Jul.

2.

GEORGIVS FRIDERICVS 1683. 3 Mart. Vx. Sophia Amalia, filia Friderici Ludovici de Naſſau-Otweiler 1708. 9 Mai.

Wilhelmus Ludovicus 1709. 30 Mai.	Carolus Georgius 1711. 7 Mai.	Fridericus Erneſtus 1713. 31 Iun.	Ioannes Auguſtus 1714. 6 Aug.	Erneſtus Sigismundus 1716. 29. Nou.	Carolina 1720. 19 Oct.	Adolfus Hartmannus 1721. 27 Nou.

Ad p. 1455. et Comites Lindavienſes ac Luchawienſes.

VLRICVS dictus Comes in *Luchawe* publice facit notum, quod conuentus de Amelungesborne a ſe et fratribus ſuis cum conſenſu coheredum ſuorum in villa *Suthem* XV manſos, qui lathnen vocantur, abſolute ad allodium ipſorum referendos, per manus litonum ipſis annuam penſionem reddentes, 123 marcis emerit. Teſtes adfuerunt *Comes Wernerus* de *Lindowe*, Godeſcalcus ſenior de Pleſſe, et Ludolfus filius eius aliique. 1158 Indict. 6. regni Friderici anno 7, imperii primo. En aliud Henrici diploma.

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. *HENRICVS* Dei gratia *Comes in Luchowe* omnibus in perpetuum. - - notum eſſe volumus - - quod nos accedente heredum noſtrorum conſenſu decimam in Sekerdorpe quam nos ab eccleſia Verdenſi iure tenuimus feodali et Dominus Ekkehardus et Remboldus frater ſuus de Ioſtrowe a nobis habuerunt eodem iure eccleſie S. Marie in Medinghe Ciſtercienſis ordinis et congregationi domnarum ibidem Deo deſeruientium reſignauimus pleno iure, a quibus domnabus et earum tunc prepoſito Nicolao in ſignum amicitie et ſtabilitatis viginti et octo marcas monete recepimus hamburgenſis. Huius rei teſtes ſunt qui interfuerunt: Dominus *Comes ADOLFVS* de *Danneberch* et milites dominus Georgius de *Hitsakere* et frater ſuus dominus Theodericus Zabel, dn̄us Rabodo de *Plotho*, Dn̄us Helmbertus Lupus, Dn̄us Vrokere et cives de Zaltwele, Iohannes de Vlleſen, Ludolfus Perſevale, Chriſtianus miles et alii quam plures milites et ſerui. In huius rei euidentiam dicte eccleſie in Medinghe preſentem literam tradimus ſigilli noſtri munimine roboratam. Datum *Saltwele* anno gratie M° CC° LX° et IIII° tercio Nonas Maji."

Ad p. 1456. ſqq. et Comites Lutterbergicos ac Schartveldenſes.

BORCHARDVS Comes de *Lutterberg* conſenſu vxoris *Odae* ac liberorum *Ottonis*, *Heidenrici* et *Henrici* ratam habet venditionem bonorum in Holthuſen, quam Ludolfus

de Pleſſe cognatus ſuus Abbati Arnoldo, Amelungesbornenſi, fecerat, receptis duabus marcis et ad altare b. Apoſtolorum Petri ac Pauli in Walkenrede omni iuri ſuo renuntiat praeſentibus Gerhardo Abbate de Herwitheshuſen et Abbate Walkenredenſi. Datum et actum in Walckenrede a. 1257 die Trinitatis feſto. Teſtes Dominus Germotus Campenſis, Dominus Gerhardus Herswithenſis, Abbates, Bernhardus Abbas de Walkenrede et conuentus ibidem.

Idem renuntiat iuri in decimam Holthuſanam ad Morungen.

BVRCHARDVS Comes in Scartvelde eodem pacto iuribus ſuis renuntiat, receptis quinque marcis examinati argenti. 1264.

BVRCHARDVS et *Burchardus* fratres Comites de *Lutterberge* et *Burchardus* ac *Erneſtus* Comites de *Scartvelde* reſignat partem decimae ad villam Snetinghuſen, quam ab eccleſia Maguntina per feudum tenebat, in manus Archiepiſcopi Sigfridi II. Teſtes Hermannus et Erneſtus milites de Vslaria, *Bernhardus* ac *Guntherus* fratres de *Hardenberge.*

SIGFRIDVS ille Archiepiſcopus declarat, Comites illos de Lutterberge et Scartvelde decimam 8 manſorum in Snetingehuſen et Hermannum advocatum de Cegenberge decimam 3½ manſorum, quorum tres ad Henigehuſen ſiti erant, pro remedio animarum reſignaſſe, vt proprietas fratribus Amelungesbornenſibus adſignaretur. Recipit Sigfridus ab Hermanno de Vslaria quatuor manſos ad Dransveld per feudi oblationem et de cetero conſentit. Datum in Amelungesborne Kal. Maji, Pontificatus eius anno quinto.

„In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Nos *BORCHARDVS* de *Lutterberg* et *Otto*
„ et *Heidenricus* filii noſtri. et nos *Borchardus* et *Sigebodo* de *Schartvelde* cum omnibus fi-
„liis et heredibus noſtris. Vniuerſis hanc literam inſpecturis. - - ſciant poſteri.
„quod Wedekindus dictus Ghyr miles decimam in Heinegehuſen, quam a nobis in feu-
„do tenuit. de bona voluntate noſtra viro religioſo Domino Arnoldo Abbati et Con-
„uentui in Amelungesborne pro viginti et vna marcis vendidit. filii ſui Brunonis et
„omnium heredum ſuorum plenario cum conſenſu. Nos vero B. de Lutterberg et B. de
„Scartvelde a Domino Abbate et conuentu iam dicto tres accipientes marcas. ius quod
„in antedicta decima habuimus. cum conſenſu heredum noſtrorum conuentui aſſigna-
„mus et Domino Archiepiſcopo Moguntino ipſam ſepedictam decimam reſignabimus
„ſupra dicto Conuentui adſignandam. Huius rei teſtes ſunt Iohannes Cellerarius, Rein-
„ardus Camerarius, Thidericus *conuerſus*, (a) Bertoldus miles dictus Vos et alii quam-
„plures. Acta ſunt hec anno M°. CC°. LVI°. IIII Kal. Nov. Vt vero huic facto fides
„adhibeatur in poſterum, preſentem literam ſuper hoc conſcriptam, huius in teſtimo-
„nium ſigillorum noſtrorum munimine roboramus.“

BORCHARDVS, *Erneſtus* et *Sigebodo* fratres de *Scartvelde* teſtantur, eccleſiam Amelungesbornenſem emtione legitima comparaſſe bona, in Holthuſen ſita, videlicet 9 manſos cum aduocatia, cenſu, et redditibus cum omni iure et commodo, quos progenitores eorum ab eccleſia Maguntinenſi in feudo tenuerant, tres manſos ab ipſis et ſex a nobili viro Ludolpho de Pleſſe nepote noſtro, qui eos ex matre ſua, amita Comitum tenuerat, iure dotali. Ipſi renuntiant ſuo iuri. a. 1254. Paullo ante eidem eos manſos Archiepiſcopo Moguntino reſignauerant.

Ad p. 1462. ſqq. Comitesque Northemenſes.

HENRICVS Archiepiſcopus Moguntinus diplomate dato declarat, felicis memoriae Comitem de *Bomeneburg Sigfridum* coenobium Amelungesbornenſe a fundamento conſtruxiſſe et dotaſſe, fratresque numero auctos praedium quoddam in *Gren* cum omni vtilitate ſua, excepta decima, quae iure ad eccleſiam Moguntinam ſpectabat, et beneficium *Comitis Hermanni de Winzenburg* fuerat, in ſuos uſus comparaſſe, porro etiam decimam permutatione acquirere cupientes ſe adiiſſe et vnum manſum in Gren, qui decem ſolidos ſoluebat, per manum Aduocati ſui et fundatoris, Comitis Sigfridi ante commemorati, B. Martino et ſibi loco decimae reddidiſſe. Teſtes adfuerunt Anshelmus Hauelbergenſis Epiſcopus, Praepoſitus Godeſcalcus de Heiligenſtat, Godeboldus Camerarius et Praepoſitus de Fridesler, Gotbertus Praepoſitus et Cantor Maguntinenſis, Henricus de Iecheburg. Adelhardus de Erfesfurt, Capellani: Laici vero *liberi* et *mi-*

(a) Siquis ex conditione vitae ciuilis vel militaris egrederetur, amplectens vitam Monachalem, is dicebatur *conuerſus*. At externus vitae ſtatus non eſt conuerſio, ſed animi ad amicitiam cum Deo ſolidam et concordem reductio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

miniſteriales ipſe Comes Sigfridus, Comes *Hermannus* et frater eius *Henricus*, Retherus de Werde, Gebehardus et frater eius Dudo de *Immenhuſen*, Comes Erneſtus de Thunnaha. Miniſteriales hiſce ſubiuncti. Acta a. 1144. Indict. 7. regnante Rege Conrado II, regni ipſius anno quinto. Data Heiligenſtat 6. Id. Iulii per manum Sigelci Notarii feliciter Amen.

WICELINVS Dei gratia Northemenſis Abbas diplomate teſtatur, *Ottonem Ducem* quondam *Bavariae* fundaſſe coenobium Northeimenſe multisque praediis ornaſſe, inter quae fuerit quoddam in loco, qui *Amelungesbrunnen* dicatur: eo vero defuncto filios ipſius *Henricum*, *Sigefridum* et *Cononem* Comites omnia in melius conmutaſſe: Sigefridum, ceteris fratribus morte ſubductis, praedium in Amelungesbrunnen ſitum ſibi redonari voluiſſe, et pro eo vnum manſum in villa *Bobentenen*, conſentiente Widone Praepoſito Northemenſi reddidiſſe: hoc quoque defuncto, Sigfridum eius filium coenobium Amelungesbrunnen ſub monachica religione initiaſſe, et permutationem illam praedii renouandam curaſſe. Teſtes adfuerunt fratres Theodericus Prior, Meinhardus, Herbardus, Lippoldus. Laici liberi et miniſteriales: ipſe Comes Sigfridus, Hermannus Comes et Henricus frater eius, Helmoldus de Huchelen, Conradus et Eſchwinus de Holthuſen, Dudo de Morungen, Bertholdus et Othelricus de Homburg, Erneſtus et Theodericus filius eius de Drenesvelde, Adelbertus, Bodo, Vulfart, Arnold de Northeim. Acta ſunt 1144 Indict. VII. Northeim 6 Kal. Iulii feliciter Amen.

THIDERICVS electus Abbas in Northem et Thidericus plebanus in Hildeſſe declarant, ciuem in Hildeſſe (nunc Hillerſe) quemdam ceſſare a lite, ſuper prato et agro adiacenti, vocato Holtlange, Amelungesbornenſibus mota. 1274.

IDEM declarat, Johannem de Gladebeke receptis duabus marcis examinati argenti et octo vlnis panni renuntiaſſe actioni, quam Amelungesbornenſibus ſuper decima in nouem manſos ad Snetingehuſen intenderit 1270.

LIPPOLDVS Dei gratia Praepoſitus Northemenſis declarat, Lippoldum Dominum de Wetſen conſanguineum ſuum omni liti renuntiaſſe, quam coenobio Amelungesbornenſi intentauerat. 1282.

IDEM ex conſenſu Decani et Capituli ſui ius proprietatis in decimam ſuam ad villam Grene confert eccleſiae Amelungesbornenſi, pactus ſuo collegio tres fertones in feſto Michaëlis ſoluendos. Teſtes Comes Ludewicus et filius eius Comes Albertus de Euerſteine, Comes Henricus et eius filii Hermannus et Henricus Comites de Woldenberge, Theodericus de Hardenbergk, Engelhardus de Nanekeſſen milites aliique. 1271.

Ad p. 1468. Comitesque Pirmontanos.

HERMANNVS et *Hildeboldus* fratres de *Perremunt* ac *Conradus*, ipſorum cognatus, Margaretae Abbatiſſae Ganderſemenſi reſignarunt duos manſos, ad Grene ſitos. a. 1270.

HERMANNVS, *Conradus* et *Hildeboldus* Comites de *Perremunt* decimam villae Bruneſſen ſibi reſignatam contulerunt Amelungesbornenſibus, receptis ſeptem marcis denariorum grauium, per duodecim ſolidos computatis, et reſignatione prius in manus Archiepiſcopi Maguntinenſis facta. Teſtes aderant Dominus Iohannes et Dominus Albertus de Blomberg, ſacerdotes et fratres, Bernhardus Canne, Ludolphus de Elmenichuſen, Henricus de Barckelage, Gerlacus de Veſpere aliique. Datum in Lüde 1298. die 8 S. Gregorii Papae.

GODESCALCVS de *Permunt* filiique eius *Godeſcalcus* et *Hermannus* tradiderunt coenobio Amelungesborn proprietatem trium manſorum in Bennenhuſen, receptis duabus marcis examinati argenti, decimamque in Siburgehuſen, quam viri nobiles de Hardenberge reſignauerant. *Hermannus* filius iunior eccleſiae Moguntinae manſum vnum ad Widenhuſen ſitum donauit. 1244. Indict. 2.

GODESCALCVS de *Perremunt* tres manſos in Ellerſen ſitos ad curiam. Vrighove pertinentes, conſenſu filiorum *Godeſcalci* et *Hermanni*, tribus receptis marcis, Amelungesbornenſibus tradidit. Teſtes Amelungus Rebock, Statius Marſcalcus, Bruno de Vrencken, Henricus Kanne, Vinandus de Dodenbroke, Ludeco de Eilwardeſtorp, caſtellani de Perremunt. 1233.

HERMANNVS C. de *Perremunt* ex conſenſu fratris *Godeſcalci* renuntiat iuri in manſum ad Ellerſen. Datum Huxariae. Teſtes Comes Ludevicus de Eberſtein, Ludolfus de Dasle, Hermannus nouae eccleſiae Scholaſticus. 1258.

NOs *Hermannus* et *Hildeboldus* fratres cognatusque noſter *Conradus*. Domicelli de *Perremunt* tenore preſenti publice proteſtamur. nos nulla bona in Ellerſen, excepto v-

„no manſo. Comiti Ottoni de Euerſtein vendidiſſe. Si autem fratres de Amelungesbor„ne in dicta curia eorum aliqua alia bona. que ad noſtram hereditatem pertineant. pre„ter ſupra dictum manſum poſſident. illorum proprietatem a noſtris progenitoribus diu „ante tempora noſtra poſſederunt. ſicut in priuilegiis ipſorum manifeſtius contineri cre„dimus ex antiquo.“

GODESCALCVS de *Perremont* publice declarat, Hildebrandum de Reinleveſſen et quatuor fratres eius, Iohannem videlicet, Henricum, Conradum, Welderum et quatuor eorum ſorores, Windelmut, Berte, Etelent et Godeſte, ac mater eorum Germut, manſos duos in Reinleveſſen villa ſitos, vocatos Vrighove, Amelungesborne cum omni vtilitate et piſcationibus nouem marcis vendidiſſe, ex quibus ipſe et filii ipſius *Godeſcalcus* et *Hermannus* tres marcas receperint. 1231.

H. Dei gratia Comes de Perremunt decimam in Sybergehuſen Archiepiſcopo Moguntino Go. conſenſu *fratris ſui Comitis Godeſcalci* reſignauit, a. 1255 menſe Septembris.

HERMANNVS et *HILDEBOLDVS* fratres Dei gratia Comites de *Perremunt* tradunt dimidium decimae Thidexenſis coenobitis Amelungesbornenſibus, receptis octo marcis grauium denariorum, marca qualibet per 12 graves ſolidos computata, reſignatum prius eccleſiae Moguntinae. Datum in Lude a. 1305 poſtridie b. Vrbani Papae et Martyris.

Ex hiſce perpenſis particulam eiusmodi genealogicam efformare licet:

*
Godeſcalcus 1231-44.
Vx. Cunegunda.

Godeſcalcus 1231-55. 58. | Hermannus. 1231-58. | Cunegunda. | Gerburga. | Lutgarda.

* (Godeſcalcus): Conradus 1270

* (Hermannus): Hermannus 1270. 1305. | Hildeboldus 1305.

Vnde pateſcit, tabulam, quam Iohannes Hybnerus adtulit, laborare multis naeuis et erratis.

Ad Pirmontanos ob communem ſtirpem ſolent referri Comites Swalenbergenſes. Ex eis diplomatibus, quae nuper in manus meas venerunt, didici, tabulam genealogicam Swalenbergenſium, quam ſupra p. 817. adtuli, eamque, quam Cl. Iohannes Hybnerus *tab.* 349 dedit, ita eſſe emendandam:

*
Volquinus 1156. 1166. | Widekinus 1156. 66. 86.

*
Volquinus 1204.

*
Adolphus 1273. 98. Vx. Iutta. | Albertus 1273 - 1309. vx Iutta. | Guntherus Can. et Praepos. Magdeburg. 1298. 1305. Ep. Paderborn. 1309. | Cunegundis Abbatiſſa in Valkenhagen. | Ermegardis Abbatiſſa Herifienſis. | Mechtildis Abbatiſſa in Mollenbeke.

(Adolphus): Guntherus 1295. 1305. Vx. Adelheid, filia Bodonis Domini de Homborg | Wedekindus 1295. | Henricus Can. Hild. et Mind. 1305. | Sophia 1309. | Iutte et Cunegundis.

(Albertus): Henricus 1298. 1309. Vx. Eliſabet. | Guntherus theſaurarius eccl. Paderborn. 1309. | Albertus 1305. 9. Vxor Adelheidis. | Conradus 1295. | Lutgarda 1305. | Iutta 1305.

(Henricus): Henricus 1356.

* (Albertus): Borchardus 1358.

Ad p. 1469. et Dominos, de *PLESSE* dictos.

Ex variis Dominorum Pleſſenſium diplomatibus, quae alias edere animus eſt, ſupplenda ſunt nonnulla in tabulis, quas ſupra p. 772. ſq. adtulimus. Nam Popponi, fratri Bernhardi et Ottonis, fuit praeter filios Helmoldum et Bernhardum filia *Mechtildis*, matri cognominis: Ludolfi primi vxor vocatur *Adelheida* ad a. 1244, nec obſcure ſignificatur, eam ex Comitibus Lutterbergicis fuiſſe procreatam: Ludolfo primo fuit quoque filia *Mechtildis*: Godeſchalci octaui vxor in diplomate ad annum 1305 adpellatur *Ermegardis*.

Ad p. 1469. ſq. et Comites de Poppenburg.

HERMANNVS Epiſcopus Hildeneshemenſis confirmauit Amelungesbornenſium commoda et iura ſalinarum quarumdam, iuxta Hemmendorpe conſiſtentium, et donauit eis decimam ſalis ex eisdem ſalinis prouenientem, quam, *Beringero Comite* reſignante, receperat. Teſtes aderant Comes Beringerus, et frater eius Comes *Fredericus*, miniſte-

niſteriales vero Ecbertus camerarius, Hermannus marſcalcus, Lupoldus de inſula et frater eius Hugo. 1169. Indict. 3. Data in ciuitate Hildeneſemenſi in palatio Epiſcopi.

ATHELHOGVS Epiſcopus Hildenſemenſis fratribus Amelungesbornenſibus confirmat paruum fontem ſalinarum in Swalenhuſen et donat eisdem decimam adnexam ac domum ſalis vnam, et alteram domum ſolis, quam Beringerus Comes de Poppenburg Epiſcopo reſignarat ab Hermanno de Wulvingen huic pariter reſignatam. Reluctaturos huic donationi Epiſcopus interdicit vſu corporis et ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti. Teſtes Bertoldus ſummus Praepoſitus de S. Cruce, Iohannes frater eius Canonicus. Laici *liberi*, Conradus Vicedominus, Beringerus Comes de Poppenborg, et tres filii eius, Fridericus Comes. *Miniſteriales* Lippoldus Advocatus, Sigfridus et filius eius de Aldendorp, Henricus de Malentern, Lippoldus de Eſcherde, Gerungus de Toſſem, et frater eius. Actum 1175. Indict. 8.

Ad p. 1470. ſqq. et Comites de Regenſtein.

Nobili viro Domino ſuo *Henrico Comiti de Regenſteine* Gerhardus de Ganderſem miles“
ſuus vir, cum obſequio ſemper prompto quicquid poteſt reverentie et honoris.“
Bona in villa Nanekeſſen ſcilicet curiam cum tribus manſis et dimidio cum omnibus e-“
ius pertinentiis. quemadmodum Hermannus de Oldendorp famulus a nobis in feudo“
receperat et cum matre ſua Alheyde iure hereditario hucvsque quiete poſſederat per“
me, quia ex vera hereditate veſter ſum vir, predictus Hermannus feudum ſuum ante-“
dictum et mater ſua ius ſuum, quod vulgariter Lyftucht dicitur, vobis ſub tali condi-“
tione reſignarunt, quod ad petitionem honorabilis viri Domini B. de Homborg reli-“
gioſis viris monaſterii in Amelungesborne dictorum bonorum proprietatem conferatis“
iure hereditario perpetue poſſidendam. hoc ſigilli mei appenſione dominationi ueſtre“
duxi preſentibus proteſtandum. Teſtes, qui huic reſignationi aderant, dominus Io-“
hannes Prepoſitus ſanctimonialium in Lammeſpringe, dominus Lippoldus de Honboke“
et filius ſuus Lippoldus milites, nec non duo filii adhuc famuli Beſeko et Thidericus et“
duo filii mei Henricus et Gerhardus, Aſchwinus de Harboldeſſen, Pyl de Barkenvelde,“
Hermannus de Holthuſen predicti Domini Lippoldi advocatus et Hermannus filius ſuus“
famuli et alii quamplures fide digni. Datum anno Domini M°. CCC°. I°. in die beati“
Thome Apoſtoli.“

HENRICVS idem ad petitionem dilectorum conſanguineorum ſuorum Praepoſiti Henrici de *Woldenberge*, Hildenſemenſis eccleſiae Canonici et Domini *Bodonis de Homborg* religioſis viris Domino Abbati et conuentui monaſterii in Amelungesborne ordinis Ciſtercienſis vnam curiam cum tribus et dimidio, in villa Nanekeſſen ſitam, libertauit et proprietauit. Teſtes Praepoſitus Henricus de Woldenberge et Dominus Bodo de Homborg, Dominus Iohannes Praepoſitus ſanctimonialium in Lammeſpringe, Gerhardus de Ganderſem, Lippoldus de Homboke et filius eius Lippoldus, milites aliique. 1302 in die b. martyrum Tiburtii et Valeriani.

Ad p. 1482. et nobiles de Staufenburg.

Baſilius, dictus Advocatus, de *Oſterrode* teſtatur, eccleſiam Amelungesbornenſem in vſus fratrum ibi famulantium comparaſſe quatuor manſos, in Snetingehuſen ſitos, cum piſcatura, liberos ab onere aduocatiae et omni exactionis gravamine, quos Hartungus, Hermannus, Theodericus et Iohannes, filii Hartungi de Medehem, in feudo tenuerant a Domino *Iohanne*, filio *Alexandri* de *Stoufenborgk* et Domino *Theoderico*, filio *Henberti*, tertium vero manſum a Ghiſone de Gethelde, cui cognomen erat Overbein. Teſtes Baſilius Ghiſonis cognatus, et dominus Henricus de Bonekenhuſen, Henricus et Erneſtus de Northeim aliique. 1244. Indict. 2.

Ad p. 1485. et Comites Speigelbergenſes.

MAVRITIVS Comes de *Speigelberge* ius, quod vulgo dicebatur Achtwort, quod in palude apud Grene habuerat et pratis adiacentibus, eccleſiae Amelungesbornenſi ob preces Burchardi de Werdinghuſen contulit. Ipſe cum *filio Nicolao* ſigillum adiunxit. 1277. datum Lewenſtene in die Vrbani Papae et Martyris.

Idem eandem donationem repetiit, addita domo vna et area adnexa cum omni iure in palude, paſcuis et ſiluis, quod vulgo Achtwort adpellabatur. Adiunxit quoque ſigillum *Otto* Comes de Euerſtein. Teſtes Bernhardus de *Dorſtat* Canonicus Hildenſemenſis, Fridericus camerarius, Boldewinus Cantor, confratres coenobii Amelungesbornenſis, Comes Otto de Euerſtein, Aſwinus et Conradus fratres de Steinberge, Conradus Marſcalcus, Sigfridus de Rutenberge, Conradus de Elvede milites anno Domini 1282. 8 Id. Febr.

MAVRITIVS Domicellus de *Speigelberge* et Henricus nobilis Dominus de *Homborg* praedium Bruckof ad triennium recipiunt oppignoratum ab Amelungesbornenſibus. 1398.

Ad p. 1496. ſqq. et Comites, dictos de Schwerin ac Boicenburg.

„1. Nos *HENRICVS* Dei gratia *Comes de Swerin* tenore preſencium recognoſcimus. pu-„ blice proteſtantes, quod cum conſenſu omnium heredum noſtrorum, quorum „intereſt vel intereſſe poterit in futurum, dedimus et preſentibus donamus honorabili viro dño Ludolfo Prepoſito, Prioriſſe, et Conuentui in *Medinghe* ius pheodi decime ville *Zedorpe* et quicquid habemus in eadem pure propter Deum. Ne igitur preſens noſtra donatio ab aliquo in poſterum infringatur, preſentem literam ipſis dedimus noſtro ſigillo firmiter roboratam. Datum anno Dñi M°. CCC°. XXXVIII°. in feſto b. Vrbani - - - et Martiris.

2. Vniuerſis preſentia viſuris. *NICOLAVS* dei gratia *Comes Zwerinenſis* in perpetuum. Ne ea, que ſub tempore ſimul digna memorie ſimul cum tempore defluant, expedit vt eis ſcripture remedio ſuccurratur. Volumus igitur vobis omnibus ac ſingulis eſſe notum quod nos et patruelis noſter dilectus *Guncellinus* vna ex communi conſenſu et voluntate pro reuerentia diuina ac pro ſalute animarum noſtrarum contulimus Eccleſie Medinghe aduocatiam ſuper villa *Ielmeſtorpe* cum pleno iure ac omni deriuamine, quod inde prouenire poterit, perpetuis temporibus poſſidendum. Ne igitur iſta noſtra legitima donacio malorum verſucia valeat in poſterum irritari, preſens ſcriptum noſtri ſigilli munimine fecimus communiri. Teſtes huius ſunt dominus Otto decanus Zwerinenſis. Dominus Werenbertus et magiſter Wilhelmus, noſtri Capellani. *Nicolaus Domicellus de Danneberge*, *noſter auunculus*: Otto dictus Baruot, et Gerhardus de *Doren* Milites et plures alii fide digni. Datum *Boyceneborg* anno Dñi M°. CC°. LXXXXVII°. die beati Martini Epiſcopi et Martiris.

„3. Vniuerſis preſentia viſuris *NICOLAVS* et *GVNCELINVS* dei gratia Comites de „ *Zwerin* in perpetuum. Ne ea, que ſub tempore fiunt digna memorie, ſimul cum „tempore defluant, expedit, vt eis ſcripture remedio ſuccurratur. Volumus igitur vobis omnibus ac ſingulis notum eſſe, quod nos vna ex communi conſenſu pro reuerentia diuina et pro ſalute animarum noſtrarum contulimus eccleſie Medinghe aduocatiam ſuper villam *Vorwerck* cum pleno iure ac omni deriuatione, que inde peruenire poterit, perpetuis temporibus poſſidendam. Ne igitur iſta noſtra legitima donatio malorum verſucia valeat impoſterum irritari, preſens ſcriptum noſtrum ſigillorum munimine fecimus communiri. Teſtes huius ſunt Otto decanus de *Swerin* Gerardus mi-„les de *Doren*, Hinricus famulus, dictus de Linto et alii, quam plures fide digni. Da-„tum *Wittenborch* anno Domini M°. CCC°. II°. in die beati Thome apoſtoli glorioſi. „

„4. *GVNCELINVS* dei gratia *Comes Zwerinenſis* omnibus preſens ſcriptum reſpicienti-„ bus ſalutem in eo, qui ſalus eſt. Quoniam que geruntur in tempore, labuntur „a memoria, ſimul labente tempore, ideo neceſſe eſt, vt ea in memoriis ſcriptis meditantibus habeantur, que debent ſine obliuionis ſcrupulo in perpetuum conſeruari. Quapropter ſcire cupimus tam poſteros quam modernos, quod nos proprietatem medietatis molendini in villa *Carpentin*, que villa in *terra Boyzeneborg* ſita eſt, Eccleſie in *Medinghe* ad honorem Ieſu Chriſti domini noſtri eiusque pie matris Marie ipſius eccleſie inopia prenotata contulimus in perpetuum poſſidendum. Preterea decimam in villa, que *vorwerck* dicitur ac decimam in *Hasle* quas memorata eccleſia ad vſus comparauit ſuos, domino noſtro Verdenſi Epiſcopo, eo, quod ab ipſo ipſas decimas iure pheodali tenuerimus, reſignamus. cuius decime proprietatem de manu domini noſtri iam perducti eccleſia eſt iam dicta ſepius receptata, ne hoc quidem latebit, quod ſuper hac donatione proprietati ac decime reſignatione heredum noſtrorum conſenſus affuit et voluntas. Vt autem hoc factum, ſtabile maneat et intactum, preſentem paginam noſtri ſigilli munimine roboramus. Huius rei teſtes ſunt. *Wernerus de Zwerin.* Otto de *Boyzeneborg.* Iulius de *Hizakere.* Bertoldus Ritzerowe. Hermannus de Bleichere, Milites, aliique quam plures. Datum anno gracie. M°. CC°. LXII°. pridie idus Auguſti. „

„5. In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos *NICOLAVS* dei „ gratia *Comes Zwerinenſis* preſentibus recognoſcimus et teſtamur, quod cum conſenſu omnium heredum noſtrorum in *Wernerum GROTEN* et ſuos heredes, aut cui forſan dimiſerit in futurum, transferimus preſentibus et donamus ius feudi cum feudo

decima-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

decimarum villarum *Toſtede*, *Slavico Sedorpe et Bontre* cum omnibus earum iuribus et fructibus et proprietatem ville *Goltſlete*, et duarum curiarum in *Moldeſſen* cum duabus caſis, Curie in *Hanneſen* et cauſa ibidem poſita cum tribus curiis in *Retſinghe* cum omnibus earum attinentiis et appendentiis perpetuis temporibus poſſidendis. Datum *Wittenborg* anno Dñi Mo. CCCo. XVIo. in dominica, qua cantatur Letare.,,

6. Vniuerſis preſentia viſuris *GVNCELLINVS* dei gratia *Comes Zwerinenſis* in perpetuum. Ne ea, que ſub tempore fiunt digna memorie, ſimul cum tempore defluant, expedit vt eis ſcripture remedio ſuccurratur. Volumus igitur vobis omnibus et ſingulis eſſe notum, quod nos et patruus noſter dilectus *NYCHOLAVS* vna ex communi conſenſu et voluntate pro reuerentia diuina et pro ſalute animarum noſtrarum contulimus eccleſie Medinghe aduocatiam ſuper villa *Ielmeſtorpe* cum pleno iure ac omni deriuamine, quod inde prouenire poterit, perpetuis temporibus poſſidendum. Ne igitur iſta noſtra legitima donacio malorum verſutia valeat inpoſterum irritari, preſens ſcriptum noſtri ſigilli munimine fecimus communiri. Teſtes huius ſunt dominus Otto decanus Zwerinenſis, *Nycholaus domicellus de Danneberghe* noſter auunculus. Otto dictus Baruot et Gerhardus de *Doren* milites et plures alii fide digni. Datum *Boyceneborg*, Anno domini Mo. CCo. LXXXXVIIo. die beati Martini epiſcopi et confeſſores.,,

,,7. Nobilibus viris domino *Nycolao et Guncellino Comitibus de Zwerin* Wernerus et Otto ,, Milites fratres dicti de *Medinghe* debiti ſeruitii promtitudinem. Aduocatiam ville *Zelmeſtorpe*, quam a vobis tenemus in pheodo, domino Hartwico prepoſito et eccleſie ſue Medinghe vendidimus et per preſentes literas vobis reſignamus, et quia nominate ville proprietas ad dictam eccleſiam ſpectat, rogamus veſtram nobilitatem, quatenus propter Deum prefate eccleſie aduocatiam conferatis. Date litere M. CC. LXXXVIIo.,,

,,8. Nos *GVNCELLINVS* dei gracia *Comes Zwerinenſis* coram omnibus preſencium vi- ,, ſoribus. Notum eſſe cupimus, proteſtantes, quod cum conſenſu et voluntate noſtrorum heredum, veredicorum domino Baldewino de Lobek ſuisque veris heredibus aduocatie et decime in Zolkoſtorpe proprietatem iuris pheodalis contulimus et conferimus in hiis ſcriptis. Datum anno domini Mo. CCCo. XXVIo. in vigilia beati Iacobi.,,

,,9. Nobilibus viris domino *Nicolao et Guncellino Comitibus de Zwerin Wernerus* miles, ,, *Otto et Geuehardus* famuli fratres dicti de *Zwerin* debiti ſeruitii promtitudinem. Aduocatiam ſuper quatuor domos in villa *Ketſendorpe*, quam a vobis tenemus in beneficio, domino Hartwico prepoſito et eccleſie ſue in *Medinghe* vendidimus et per preſentes literas vobis reſignamus. Huius reſignationis teſtes ſunt: dilectus patruus, ,,Noſter Heynricus miles dictus de *Zwerin*, *Iohannes Magnus*, filii *Geuehardi*, Milites, dicti ,,*MAGNI*, (a) quorum teſtimonium appoſita perhibent ſigilla.,, *Data circa a.* 1298.

,,10. Dei gratia *HINRICVS Comes de Zwerin.* Omnibus preſentia viſuris et audituris ,, cupimus fore notum, quod nos propter Deum et ob dilectionem ſpecialem honorabilis viri domini Ludolfi prepoſiti in *Medinghe* ſeptem manſos, ſitos in *Gollerdon* iam dicto Monaſterio Medinghe appropriauimus et appropriamus per preſentes, ita videlicet, quod perpetua noſtra memoria ibidem habeatur. Ne igitur preſens noſtra libera donacio ab aliquo heredum ſiue ſucceſſorum noſtrorum futuris temporibus confringatur, preſentem literam ipſi Monaſterio *Medinghe* dedimus noſtro ſigillo patentes ro- ,,boratam. Actum et datum *Boyceneborg* Anno domini Mo. CCCo. XL. ſecundo in octaua ,,corporis Chriſti.,,

,,11. *GERARDVS* Dei gratia *Verdenſis* Eccleſie *Epiſcopus*. Burchardus prepoſitus, Gerar- ,, dus decanus Totumque eiusdem Eccleſie Capitulum. Omnibus preſens ſcriptum ,,audituris ſalutem in Chriſto Ieſu. Quoniam de geſtis hominum etiam laudabilibus aliquando dura emergit calumpnia, niſi verum obliuio per ſcripture memoriam auferatur. Vnde notum eſſe cupimus vniuerſis et tenore preſentium proteſtamur, quod nos proprietatem decime in *Honeſtorpe*, quam *BERNHARDVS et ADOLPHVS Comites de Dannenberghe* de noſtra tenuerunt hactenus eccleſia, donamus eccleſie in *Medinghe*, eo ſiquidem iure, quo ipſam dicti Comites habuerunt, Dei pridem remunerationem nec non eccleſie preſtate pauperiem attentententes. Volentes etiam, quod huiusmodi donatio, in ſuo ſemper vigore permaneat ſigillorum noſtrorum appenſione fecimus eandem conti-

(a) Nunc vocantur *de Groten*.

continuo roborari. Teſtes huius rei ſunt Burchardus Prepoſitus, Gerardus Decanus, Ludolfus Cellerarius, Iohannes Marſcalcus, Burchardus de Aldenburg, Almericus de Bederekeſa, Ludolfus de *Weia*, Florentius Cuſtos, Iohannes de Moyle, Henricus de *Holtesminne*, Canonici verdenſes, Datum *Verden*. Anno dñi M°. CC°. LXIIII°. pontificatus noſtri anno duodecimo. „

„12. Vniuerſis preſencia viſuris et audituris cupimus eſſe notum, Quod nos Boldewi-
„ nus et Gerlacus milites nec non Iohannes famulus fratres dicti de *Lobecke* de bona voluntate et conſenſu pleno et puerorum noſtrorum ac omnium heredum ſeu Coheredum noſtrorum vendidimus iuſto venditionis tytulo Illuſtribus principibus et Dominis, Dño *OTTONI* et *WILHELMO Ducibus de Brunswigh* et Luneb. noſtrum *funder* cum *Wide* tangentes villam *Weſtede*, cum intratur ipſa villa ad ſiniſtram manum, cum omnibus eorum iuribus, iudiciis maiori et minori, et pertinenciis vniuerſis, que nobis cedebatur ex portione hereditatis paterne. Volentes huius modi vendicionis eſſe veri *Warandatores* fuimus loco et tempore, vt eſt iuris, nobisque et noſtris ſucceſſoribus in eisdem ſcilicet Sunden et Wide, *denotant ſyluam vocabula*, in parte vel in toto nichil iuris penitus reſeruantes. In cuius teſtimonium nos Boldewinus Miles antedictus preſentem paginam noſtro ſigillo fecimus roborari. Datum ſub anno Domini M°. CCC°. LII°. ſabbato ante feſtum Fabiani et Sebaſtiani. „

„13. GHERARDVS Dei gracia Verdenſis Eccleſie Epiſcopus. B. prepoſitus, M. De-
„ canus totumque eiusdem eccleſie capitulum omnibus preſens ſcriptum viſuris ſalutem in Domino. Tenore preſentium innoteſcere cupimus vniuerſis, quod facta in manibus noſtris libera reſignacione decimarum villarum de Vorwerke et Halſe a *Comite Gunzellino et filiis ſuis de Zwerin* (a) et ville Zekerdorpe a *Comite Henrico et Ottone de Lughowe*, et ville Yeuekentorpe a Dño Hermanno Hoden et filiis ſuis, et villarum Edelſtorpe et Babendorpe a Dño Wernero de Medinghe, quas a nobis et Eccleſia Verdenſi loco et iure homagii tenuerunt, dilectis nobis in Chriſto prepoſito et capitulo Monaſterii de Medinghe proprietatem ipſarum decimarum donamus perpetuo poſſidendam. Nos quoque in huius facti euidentiam et memoriam perhennem preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum appenſione duximus roborandum. Teſtes autem, qui predicte donacioni interfuerunt ſunt hii: Borchardus prepoſitus maior, Meninricus decanus. Ludolphus Cellerarius. Gerhardus Scholaſticus. Iohannes Marcus. Borchardus de Aldenborck. Aluericus de Bederekeſa. Ludolfus de Weye. Horenouius cuſtos. Iohannes de Moule. Heynricus de Holtesminne Canonici. Heynricus de Etzene, Wifridus de Etzene, Iohannes de Grafle, Milites. Datum Verde. Anno Dñi M°. CC°. LXII°. Tercio Nonas Marcii Pontif. noſtri anno decimo. „

14. In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Omnibus Preſens ſcriptum intuentibus, frater Regenbodo Abbas in riuo ſancte (b) Marie Alexander Prior, Ludolfus Supprior, Iohannes Cantor, Hermannus Sacriſta, totusque eiusdem loci conuentus ſalutem in Domino ſempiternam. Notum ſit Preſentibus et futuris, quod nos vnanimi Conſenſu domino *Nicolao* prepoſito in *Medinghe* ac ſue eccleſie vendidimus dimidium *chorum ſalis in ſalina Luneborg* pro triginta et quatuor marcis examinati argenti ad quodlibet flumen tollendum in domo *breminge* in ſartagine, que Guncpanne dicitur, et eſt ſita ad manum ſiniſtram, cum itur in domum prenotatam, iure hereditario libere ac perpetuo poſſidendum. Et ne hoc factum noſtrum cuiquam hominum e lapſu temporis reuocetur in dubium, dedimus prefate Eccleſie in Medinghe preſentem paginam ſigilli noſtri munimine roboratam. Huius rei teſtes ſunt Dominus Iohannes prepoſitus in *Ebbkeſtorpe*, dominus Heynricus prepoſitus in *Lune*. Geuehardus plebanus in *Vlleſen*. Vlricus plebanus in Beuerhuſen. Hartwicus plebanus in *Dalenborg*. Iohannes Stedirigas plebanus in Neteſſen, Conradus Capellanus in Medinghe et alii quam plures. Datum et actum in rivo ſancte Marie. Anno domini M°. CC°. LXXXI°. in die Barnabe Apoſtoli. Indictione Nona. „

Ad p. 1501. et Comites de Valckenſtein.

Saeculo duodecimo Comes Hoyerus a Falckenſtein ad conſcribendum *Speculum Saxoni-*

(a) Nicolaus Comes curiam in Ygedorpe donat Friderico de Lobeck a. 1347. Otto Comes curiam in Willerſingborſtel donat monaſterio in caſtro Luneborg 1354. 55. Ad annum 1359 Albertus Dux Megapolitanus vocat ſeſe Comitem Swerinenſem.

(b) S. Marien-Beck, hodie *Scharenbeck*, monaſterium olim celeberrimum, nunc prefectura Electoralis, vno Lapide diſtat Luneburgo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Saxonicum excitauit Epkonem de Repkau, in quo reliquias iuris patrii per vniuerſam Germaniam inferiorem hic diligentiſſime conlegit, nonnulla tamen ex iure et canonico et ciuili Romano, iamtum inuehi coepto, immiſcuit. Repkouius primo latina ſcripſit lingua. Sed id quidem exemplum intercidit. Quod eſt recentius, id ab homine peregrino eoque Speculi Saxonici inepto interprete fuit profectum. Ex aetate Comitis Hoyeri et momentis aliis innoteſcit aetas *Speculi conſcripti*, quo ius prouinciale Saxonicum continetur. Floruit Hoyerus ille ab anno 1230 vsque ad annum 1241. Ad eos enim et intermedios annos in diplomatibus mentio eius occurrit. Praeterea in libro primo *Speculi* art. 3. fit mentio *cap. non debet X. de conſangu. et adfin.* quod anno 1215 ab Innocentio III Papa in concilio generali fuit latum. Poſtea libro tertio art. 62. feuda imperii vexillaria enumerantur, in quibus locum non inuenit Ducatus Brunſuico-Luneburgicus, a. 1235 conſtitutus. Vnde efficitur ſuaque fluit ſponte, ante annum 1235 poſt annum vero 1215 Speculum Saxonicum fuiſſe conſarcinatum. Confer Ill. Ioannis Gottliebli Heineccii *Hiſtoriam iuris ciuilis, Romani et Germanici* L. II. c. 3. §. 72. p. 423. ſqq. ed. Hal. 1733. 8.

Ad p. 1523. ſqq. et Comites Woldebergicos.

HERMANNVS Comes de *Woldenberg* et Bodo Dominus in Homburgk teſtantur, Iohannem quemdam decimam villae Bruneſſen 73 marcis examinati argenti coenobio Amelungesbornenſi dimiſiſſe. Teſtes Thidericus de Derpſe, Wasmodus de Haſtenbeke milites, Conradus de Halle, Reinerus de Barde, Henricus de Wallenſtede, Albero de Brack, Bernhardus de Eynem aliique. Datum Oldendorpe a. 1298 in die b. Gregorii Papae.

HENRICVS C. de Waldenberge ex conſenſu filiorum *Hermanni*, *Henrici et Ottonis* receptis ab eodem coenobio 116 marcis examinati argenti ceſſit tres partes decimae ad Grene et 2 manſos ibidem, duos in monte iuxta paludem, quorum proprietas ad *Gandersemenſem* eccleſiam pertinebat. Decimae illius tres partes *Bruno de Grene* ab eccleſia Northeimenſi tenuerat, ita vt eidem eccleſiae tres quotannis fertones ſolueret. Pro hiſce ei Henricus Comes dat tres manſos in Voltageſſen, reliquos duos manſos Gandersemenſes Bernhardus de Eddeſſem a nobilibus viris de Perremunt iure feudali poſſederat et hi porro ab Abbatiſſa. Vtrique eos eccleſiae Gandersemenſi reſignarunt, vt eorum proprietas coenobio Amelungesbornenſi conferretur. De hiſce Henricus C. teſtimonium perhibet. Teſtes Lodewicus et Albertus filius eius Comites de Euerſtein, Mauritius Abbas in Amelungesborne, Iohannes plebanus de Oldendorp, Euerhardus de Nanekeſſen, Eggehardus de Rotingen, Iohannes de Rodenberg milites, Albertus de Ellen, Henricus de Wenthuſen famuli. 1270. Non. April.

Idem Henricus reſignauit ſua Abbatiſſae Gandersemenſi bona illa et ipſa antiſtes pro remedio animae ſuae, *conſenſu totius conuentus ſui communiter accedente*, Amelungesbornenſibus ea conceſſit. Teſtes frater Henrici Borchardus Comes de Woldenberg, Andreas de Luttere, Wernherus de Dolgen, Henricus dictus Raſehorn, Henricus de Here, Conradus de Eluede, milites. 1271. in die Iohannis ante portam latinam in Woldenberg.

HERMANNVS Comes de Woldenberge coenobitis Amelungesbornenſibus duas areas in villa Nanekeſſen ſitas, conſentientibus *Konegunde* vxore ſua, filio ſuo *Bodone*, nec non filia *Ermegarde* 24 ſolidis grauium denariorum vendidit.

Idem porro ex conſenſu *Konegundae* vxoris, filii *Bodonis* et filiae *Gerburgis* quamdam curiam ſuam, ſitam in villa Nanekeſſen, et $3\frac{1}{2}$ manſos duasque areas ibidem cum adnexis, quoddam molendinum eidem villae adiacens, conſentiente auunculo ſuo Bodone Domino in Homborg, cuius poſſeſſio erat dimidia, Amelungesbornenſibus vendit cum proprietate, libertate ac omni iure, acceptis 31 marcis puri argenti. Sigilla diplomati adiunxerunt Bodo ille Dominus in Homborg ac Dominus Mauritius Comes in Speigelberge. Teſtes Wuluerus de Werdere, Hermannus Bock de Northolte, Godefredus de Eltſe et duo filii eius Hartungus et Gerhardus, Hartmannus de Dudingen, Henricus de Oſen, Thidericus de Derſpe, Bruno de Vrencke milites, Comes Hermannus de Speigelberge, Henricus de Homborg, Conradus de Luthardeſſen, Arnoldus de Hauersuorde, Thidericus de Bernſen, Iohannes de Molendino, Bruno de Rodenberge, Erneſtus de Embere, famuli, aliique. Actum et datum in caſtro Homborg. 1299. in die Valentini Martyris.

IDEM eisdem ex conſenſu eorumdem partem quartam decimae in Nanekeſſen, quam a Maguntina eccleſia tenebat, 22 marcis argenti examinati vendidit, confirmante venditionem Archiepiſcopo Moguntino. Teſtes eidem. Datum in ciuitate Oldendorpe anno et die eodem.

HENRICVS Comes de Waldenberg teſtatur, Hermannum quemdam moleſtaſſe Amelungesbornenſes ſuper bonis in Grene, quae illi ab eccleſia Corbeienſi emerant,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed acceptis octo talentis Hildesemenſibus iuri ſuo renuntiaſſe cum teſtimonio totius villae Grene.

HERMANNVS, *Henricus et Otto* Dei gratia Comites de Woldenberg defenſionem promittunt Amelungesbornenſi eccleſiae, Super bonis a parentibus ſuis quondam ei venditis defenſionem, non permiſſuri quoque, ipſam ab Aduocato Domini ſui Ducis Brunsuicenſis ſiue *ſororii* ſui Domini *Henrici de Homborgk* in illis bonis vllo exactionis grauamine moleſtari, ſed ad Warandiam ſeſe obſtringentes. Datum anno 1284.

Eidem teſtantur publice, Riqwinum, Bertoldum, Theodericum et Iohannem fratres dictos de Wenthuſen quinque manſos, ab ipſis in feudo poſſeſſos, tres in Nanekeſſen et duos in Stroth Amelungesbornenſibus 23 marcis puri argenti vendidiſſe, et ſeſe eam venditionem habere ratam, conſenſu ſororis ſuae *Sophiae*. Renuntiant ſimul Comitis Hermanni filii, *Hermannus et Iohannes*, ac filii Henrici Comitis *Henricus et Ludolfus*. Inſuper venditionem hanc *Domina Abbatiſſa Gandersemenſis*, precibus eorum mota, legitime eſſe factam, ſigillo ſuo, hiſce adiuncto, teſtata fuit. Huius rei teſtes ſunt Henricus Canonicus Hildenſemenſis, Comes Hermannus de Woldenberge, Conradus et Iohannes fratres de Woldenberge, Comitum conſanguinei, Bruningus de Ganderſem, Iohannes de Dalem, Engelhardus de Nanekeſſen, Hermannus de Ganderſem iunior, Hermannus de Steinberge, Heydenricus de Heiershuſen milites, Fredericus camerarius, Gerhardus de Brunswick, Monachi Amelungesbornenſes, Fridericus dictus Lot, Beſeco de *Getlede*, Ludolphus de Mackenhuſen, Conradus de Ganderſem, Iohannes de Ganderſem, Iohannes de Wiſch, burgenſes in Embeke et alii quamplures. Acta ſunt haec a. 1285. in die b. Vrbani Papae et Martyris.

HENRICVS Comes de *Waldenberg* teſtatur, ſe receptis a coenobio Amelungesbornenſi 20 marcis puri argenti aduocatiam ſuper bona de Nouali, ſita ad Grene, ex conſenſu fratris *Burchardi* reſignaſſe, vſus et ſuo et Comitis Ludouici de Euerſtene ſigillo. Teſtes Comes Henricus de Woldenberge, Henricus Grubo, Theodericus de Holthuſen, Henricus de Berle, Ludolfus de *Cramme* 1240.

GERHARDVS Archiepiſcopus Moguntinus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, decimam in Holdeſſe, quam Comites de Waldenberg a Moguntina eccleſia in feudo tenuerant, reſignatam in manus ſuas, ad preces *patrui ſui Comitis Lodewici de Euerſtein* proprietati eccleſiae Amelungesbornenſis aſſignat, et idem Comes Lodewicus in compenſationem commemoratae decimae ex proprietate ſua ſex manſos, ad Bredenuorde ſitos, in manus Archiepiſcopi reſignauit et in feudo recepit. Datum apud Werdere Kal. April. anno Domini 1252. Pontificatus ſui anno primo.

HENRICVS ſenior et fratres *Burchardus* et *Henricus*, Comites de Waldenbergk, profitentur, Liupoldum de Weſten fratresque eius Giſelbertum ac Georgium decimam in Holdeſſe, quam ab ipſis in feudo tenuerant, reſignaſſe eccleſiae Amelungesbornenſi et in feudum obtuliſſe loco eorum 4 manſos et dimidium in villis Stenebere et Seuenеſſen. Teſtes Henricus Comes ſenior eiusque filii *Henricus*, *Hermannus* et *Hoyerus* filiique fratris ſui *Burchardus* et *Henricus* Comites de Waldenberge, Bernhardus de Indagine, Henricus capellanus, Richardus de *Domo*, Aſſchwinus de *Walmeden*, Henricus de Clauwenberge, Luippoldus de Goslaria, Bernhardus de Liduge, Luippoldus de *Luttere*, Theodericus et Thetleuus de Leuethe, Theodericus de *Barem*, Theodericus de *Cramme*, Iohannes et Heidenricus de Hedereshuſen aliique. Actum in caſtro Waldenbergk in kaminata domini Richardi de Domo 1246. Conſenſit Gerhardus Archiepiſcopus Moguntinus Werderae 1252 Pontificatus ſui anno primo.

OTTO Dei gratia *Henrici* b. m. Comitis de Woldenberge filius notum reddit, ſe renuntiaſſe lingua manuque proprietati ſeptem manſorum, in Nanekeſſen ſitorum et feudo decimae totius eiusdem villae omnibusque exceptionibus, acceptis ac coenobio Amelungesbornenſi quatuor marcis puri argenti. De reliquo patrui ipſius Domini *Ottonis*, Praepoſiti montis apud Hildenſem, ſubiunctum eſt diplomati. 1306 in die B. Martini Epiſcopi.

OTTO Dei gratia Praepoſitus montis in Hildenſem, *Henricus* Olesburgenſis Canonicus Hildenſemenſis, *Hermannus* et *Henricus* Comites de Woldenberge et Henricus Comes de Regenſtein declarant, quod conſenſu libero Dominae Konegundis vxoris Domini Hermanni Comitis et *Bodonis* Hildenſemenſis Canonici et Dominae *Gerburgis*, heredum eiusdem, nec nec non fratris *Henrici* de domo teutonica et *Ludolphi* Hildenſemenſis Canonici et *Ottonis* et Dominae *Konegundis*, *Iuttae*, *Eliſabethae*, et *Emegardis* heredum Domini *Henrici* Comitis, ad penſandum damnum, illatum monaſterio Amelungesbornenſi, pro-

proprietatem duarum curiarum et arearum ad easdem curias pertinentium et ſeptem manſorum, ſitorum in villa et campo Nanekeſſen, donarint eidem eccleſiae, nec non decimam. Teſtes Thidericus de *Saldere*, Canonicus Hildenſemenſis, Dominus *Bodo de Homburg*, Aſchwinus, Henricus, Iohannes fratres dicti de Saldere, Lippoldus de Honboken milites. 1302.

Riqwinus, Theodericus, Iohannes fratres de *Wenthuſen* vendunt Amelungesbornenſibus quinque manſos, tres in Nanekeſſen et duos in Stroth receptis 23 marcis puri argenti et fideiubent pro Bertoldo fratre abſente. Adſtiterunt *HERMANNVS* Comes de *Woldenberge*, Hermannus iunior de Ganderſem, Dominus Bruningus *officialis* Dominae Abbatiſſae de Ganderſem. Sigilla adiunxerunt H. de *Homburg* et Comes L. iunior de *Euerſtein*, et Fridericus camerarius. Teſtes praeter dictos adfuerunt Iohannes de Dalem, Engelhardus de Nanekeſſen, Heydenricus de Heiershuſen, Ludolphus de Mackenhuſen, Conradus et Iohannes de Ganderſem, Iohannes de Wiſch, burgenſes in Eimbeke. 1285 poſtridie B. Vrbani.

Ad p. 1537. et Wittekindigenas.

Quantum ad Gliſmodam et Friderunam, ac Aribonem adtinet, Cel. Ludouicus Gebhardi hanc mecum ſuam communicauit tabulam:

Boto I Comes

Retingus I Comes

Boto II Comes

Retingus II. vxor Gliſmodis, filia Imadi III Comitis et Athelae Billunganae.

Frideruna. Vxor Hartwigi C. Palatini Bauarici, tandem ipſa Abbatiſſa Geſſenfeldi. | Filius Anonymus Marchio Hochenburgi in Nortgauia.

Aribo C. Pal. † 1102. | Botho III C. in Franconia † 1104. Vx. Iuditha Schwinfurtenſis. | Adelbertus et Erneſtus Marchiones Hachenburgi, quorum poſteri circa 1242 iam exaruerunt.

Hartwicus C. occiſus a. 1105.

Adelheid vxor Henrici Ducis Limburgi.

Ad p. 1539. et locum, vbi baptizatus eſt Witikindus.

Eſt vir ſolide doctus et illuſtris, cui minus ſit probabile, Witikindum in Gallia eſſe fonte ſacro imbutum. Nulla certe ei adparet ratio, cur demum in Campania illa initiatio luſtralis fuerit peracta. Ad Bardewicum Witikindus ſeſe dedidit. Quin igitur ad Albim illico fuit ſacro fonte tinctus? Franci *Attiniacum* vocant locum, in quo Witikindus Chriſto nomen dedit. Vir illuſtris coniicit, Altenburgum ſeu Erteneburgum confuſum fuiſſe a veteribus cum Attiniaco, vel *Alten* et *Atten* promiſcue fuiſſe pronuntiata. At inſtabat ſeditio in Gallia. Quare rebus Caroli M. haud erat alienum, hoſtes victos et dediticios ſuis oſtendere. Carolus iam erat villam propriam Attiniacum reuerſus. Vide ſupra p. 16. Fuit Attiniaci palatium regium, in quo Pipinus priuilegium Abbatiae Fuldenſi impertiit, primo regiminis anno, menſe Iunio. Lectores iudicent.

Idem ſuſpicatur, curtem Goddinga, in qua Carolus M. verſatus eſt et diplomata dedit, non eſſe Gottingam, Leinae incumbentem, ſed Geddingam, pagum ad Aquisgrani vrbem ſitum. Hiſtorica momenta certe non repugnant.

Ad p. 1555. nobileſque de Dalem.

ABBAS ac conuentus, Amelungesbornenſes, a. 1197 inierunt contractum permutationis cum Domino *Rodolpho* de *Dalem*, dantes huic bona et reditus ſuos iuxta ſalinas Hemmendorp cum decima eorundem bonorum, libera ab onere aduocatiae, ac addentes decem marcas: receperunt octo manſos in Ludershem et dimidium, decimam ipſius pagi, tres areas in Eſchershuſen, et molendinum ſitum in vna trium arearum. Fideiuſſoris Hartbertus maior Praepoſitus, Ludoldus Praepoſitus S. Crucis, Hugo aduocatus et frater ipſius Henricus. Teſtes Iohannes Cantor, Lodewicus Cantor, Iohannes de forenſi eccleſia, Helmbertus Cantor, Thidericus de Totiſen, Arnoldus *Kouoth*, Walterus de *Forſaten*.

IOHANNES de Dalem filiique eius Engelbertus et Rudolfus, filiusque fratris eius Lippoldus reſignant Abbatiſſae Margaretae Pleſſenſi vnum manſum, ad Grene ſitum, 1283.

CONRADVS Epiſcopus Hildenſemenſis, imperialis aulae cancellarius, cum Amelun-

geſbornenſibus permutat decimam in Luderdiſſen et octo manſos in ipſa villa et molendinum et duas areas in Eſchershuſen, quae bona ab ipſo *Rudolfus de Dalem* in feudo tenuerat et in ipſa commutatione cum vxore et filiis reſignarat: et eorum loco recipit ſalinas parui fontis prope Hemmendorp, quas Comiti Adolpho de Scowenburgk iure feudali concedit, et hic rurſus Rudolfo de Dalem impertit. Teſtes *Hartbertus* maior Praepoſitus, Hilarius Decanus, Ludolfus Praepoſitus, Hermannus Praepoſitus, Wilhelmus Praepoſitus, Bertoldus Cuſtos, Helembertus et Burchardus Canonici, Comes Adolfus de Scowenburgk, Comes Albertus de Wernigerode, Comes Theodericus de *Inſula*, Comes Adolphus de Dasle, Bodo iunior de Homborgk et frater eius Bodo, Burchardus de Eymeſſen et filii eius Iohannes et Haoldus, Lippoldus de Eſſchere, Arnoldus de Cantelſem, Theodericus de Alethen, Theodericus de Vlöthede. Acta 1198. Indict. I. X Kal. Nou.

Ad p. 1559 et nobiles de Ganderſem.

Woltherus et *Hermannus* fratres ac milites de *Ganderſem* ac *Conradus* miles filius patrui eorundem, dictus de *Heckenbek* teſtantur, quod frater Iohannes Magiſter in Erdeshuſen, conuerſus videlicet in Amelungesborne, 4 iugera ſita in Grene et aream a *Bertoldo* de *Grene* 2 talentis et 12 ſolidis comparauerit. Ipſi ſuo iure renuntiant. 1272.

Hermannus de Ganderſem miles reſignat Amelungesbornenſibus villam in *Edingehuſen* 1333. Kal. Octobr. conſenſu Abbatiſſae.

Viris honeſtis W. et H. militibus dictis de Ganderſem Adela quondam vxor Thiderici de Kuuendal et filii eius Th. et L. Io. et Ber. reſignant quartam partem decimae in Grene, vt ipſa eccleſiae conferatur Amelungesbornenſi. a. 1272.

WALTHERVS et *Hermannus* fratres dicti de Ganderſem quartam partem decimae illius in Grene, quam in feudo a Domino in Schowenborgh tenuerant, vendunt eccleſiae Amelungesbornenſi, receptis 5½ talentis monetae Hildenſemenſis. Ipſi diploma venditionis et ſuo et Domini Aſchwini de Steinberg ſigillo communierunt. Teſtes Aſchwinus et Conradus milites fratres de Steinberge, Waltherus de Vreden aliique. 1272.

Eidem reſignant partem illam decimae Grenenſis quartam nobili viro G. Comiti in Schowenborg, 1272.

Conradus de Ganderſem filius Conradi defuncti, dicti de Hekenbeke, renuntiat liti ſuper quatuor iugeribus et vna area in Grene cum Amelungesbornenſibus agitata, recepta marca dimidia examinata. Sigilla addiderunt chartae Aſchwinus de Steinberge, Hermannus de Ganderſem ſenior, Hermannus de Ganderſem iunior. Teſtes Lippoldus de Dalem, Ecbertus de Vreden, Conradus de Steinberge aliique. 1285.

Henricus et *Gerhardus* de Ganderſem fratres famuli, filii Gerhardi, renuntiant iuri ſuo in bona Grenenſia, a patre Amelungesbornenſibus tradita. Teſtes Iohannes de Holthuſen et Hartungus de Campo famuli aliique. 1337. Id. Ianuar.

Gerhardus de Ganderſem miles Henrico Comiti Regenſteinenſi reſignat bona, ſita in Nanekeſſen. 1301. in die Thomae Apoſtoli.

Willikinus aduocatus in Gottingen cum conſulibus Northeimenſibus teſtatur, Iohannem de Gladebeke, receptis ab eccleſia Amelungesbornenſi 4 marcis et fertone argenti, renuntiaſſe iuri quaeſito in molendinum prope Holthuſen ſitum. Teſtes Gerhardus de Ganderſem aliique 1263.

Ad p. 1561. et Gitteldenſes. *Guntzelinus* filius militis ſtrenui *Henrici* de *Gittelde* cum ſuis veris heredibus Henrico ac fratribus eius dictus de Redderſen renuntiat actioni, quam ſuper bonis in Redderſen coenobio Amelungesbornenſi intenderat. Teſtes Bruningus de Woldershuſen, Hermannus de Hoye et Hermannus de Honſtat famuli, Hermannus de Longa Domo, Iohannes de Honſtat. 1307. Octaua Martini.

Ad p. 1561. et Grenenſes. *Henricus* et *Thidericus* de *Grene* famuli renuntiant iuri ſuo ſuper duobus manſis in Grene ſitis, quos Lippoldus de Rottingen nomine eleemoſynae Amelungesbornenſibus dederat. Conſentiunt filii ex Thiderico nati *Woltherus*, *Iohannes* et *Lippoldus*. Teſtes Thidericus de Oldendorpe, Baldewinus de Steinberge milites, Henricus Abbas aliique. Datum et actum coram inclito Principe Domino Erneſto Duce in Brunswik. 1336.

Ad p. 1561 et Gronios. Geringius de *Grone* iudex ſummus et Gograuius in Leinberge ad Gottingam et Tilo Kornzenwichte Mundenſis, ſcultetus vrbis Gottingae nomine Ottonis Ducis Brunſuicenſis teſtantur in iudicio, Iohannem de Schedenn Canonicum eccleſiae Ganderſemenſis vendidiſſe Amelungesbornenſibus villicationem ſuam, ſitam ad pagum Sedmanshuſen ad Gottingam, quam ipſe emerat a Brunone et Curtio fratribus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bus de Reinoldeshuſen et Alheyde ac Metteka eius ſororibus ac Hartmanno Mengershuſen. 1410.

Iohannes et Henricus fratres de *Grone* litigarunt cum agnato Henrico de tertia bonorum parte in Kirchbrake et compoſitionem inierunt coram tribuno iuſtitiae Euſtachio de Wulfen, Georgio de Ohnhauſen, et Godehardo de Campe. 1576.

Ad p. 1562. et Grubones.

Henricus Grubo ſenior et filius Henricus iunior donant Amelungesbornenſi coenobio 21 iugera, receptis ſex marcis. 1239.

Grubo de *Grubenhagen* comparet inter teſtes a. 1305 in litteris Wernheri, Henrici, Olrici et Conradi fratrum, dictorum Weſtphale, qui tum coenobio Amelungesbornenſi decimam villae et campi Thidexen marcis 180 puri argenti, a Thiderico de Oldendorpe per nexum feudalem poſſeſſam. Idem Grubo ad a. 1302 in diplomate Henrici Ducis Brunſuicenſis occurrit.

Ad p. 1563 et Guſtedios.

Iohannes de *Guſtede*, et Hermannus ac Henricus agnati, Brunonis filii, de Guſtede, pro remedio animarum ſuae et fratrum Brunonis, Henrici, Rotgeri et Danielis de Guſtede ac Hermanni Hegeri praedium ad Aderoldeſſen, ditionis Corbeienſis, a Capitulo Paderbornenſi ex feudo poſſeſſum. Teſtes Wernerus de Oldershuſen miles, Bruno de Guſtede plebanus in Sehehuſen et Ludolfus plebanus in Oldenborg et Homborg. 1363.

Ad p. 1564. et Hardenbergios Dominos.

HERMANNVS ſenior de *Hardenberg* declarat per diploma, quod cognati ſui *Hermannus* et *Conradus*, dicti de Nouali (Rode) itemque *Bernhardus* filius patrui ipſorum, renuntiarint liti contra fratres de Amelungesborne ſuper dimidio manſo ſito in Holthuſen nec non duobus nocturnalibus calceis, quos quotannis ab eis requiſierunt, receptis ab eisdem quatuor marcis examinati argenti et dimidio fertone. Teſtes Guntherus de Boventen, Iohannes de Moringen, aliique. 1251.

THEODERICVS et *Thetmarus* pater et filius dicti de *Hardenberge* et Fridericus de Roſtorp teſtantur, Comites de Scartvelde et Lutterberge eccleſiae Moguntinae reſignaſſe decimam in Holthuſen ad Morungen et decimam in Wetteſen, quam Comites de Swalenberge eidem eccleſiae reſignarant. nec non 9 manſos ſitos, in dicta villa Holthuſen a Comitibus de Scartvelde et nobili viro Ludolpho de Pleſſe eidem eccleſiae reſignatos.

HERMANNVS de *Hardenberge* renuntiat liti ſuper decima Holthuſenſi, Amelungesbornenſibus motae, quam tenuerat a Lippoldo de Wetſe oppignoratam, vendente eam eisdem. Teſtes miles de Nouali dominus *Conradus*, et Conradus de Kamenatis - - 1264.

THEODERICVS de *Hardenberge* dato diplomate profitetur, Comitem Sigebodonem de Scartvelde, receptis IV marcis argenti et nouem vlnis panni, ratum habuiſſe contractum, a fratre ipſius Burchardo ſuper decima Holtehuſana ſancitum. In Hardenberge. 1264.

Idem a. 1270 declarat, Iohannem de Ybere renuntiaſſe iuri ſuo in XXI iugera, ſita ad Holthuſen, de quibus intenderat actionem Amelungesbornenſibus, per compoſitionem tentatam in Nouali. In arbitrum electus fuit Conradus miles de Nouali, qui ea de cauſſa ſuo quoque ſcripto reconciliationem confirmauit a. 1270.

DITHMARVS miles officiatus in *Hardenberge* declarat, Helmoldum de More eiusque heredes renuntiaſſe iuri ſuo, ſiquod ipſi fuerit in manſo ad Bergolteshuſen, eumque reliquiſſe eccleſiae Amelungesbornenſi.

BERNHARDVS dictus de *Hardenberge* declarat, Henricum quemdam litonem eccleſiae Amelungesbornenſis manſum ſibi vnum in Sutem vendidiſſe, ſe autem, 6 marcis ab illa receptis, denuo eumdem manſum coenobio reſignaſſe. Actum ante caſtrum Hardenberg, praeſente Goteſcalco Abbate. 1232.

WERNERO ſacroſanctae Moguntinenſis eccleſiae Archiepiſcopo TH. fidelis eius, dictus de *Hardenberg*, ſignificat, milites quosdam in vltimis finibus Dioeceſis Moguntinae commorantes, bona quaedam, in decimis ac manſis conſiſtentia, in manus ſuas reſignaſſe, ea lege, vt Archiepiſcopus eos Amelungesbornenſi eccleſiae conferat. Sciſcitatur itaque, quid Archiepiſcopus ſit decreturus.

HENRICVS Archiepiſcopus Moguntinus declarat, religioſos viros coenobii Amelungesbornenſis emiſſe bona ab eccleſia Maguntina nempe decimas villarum Wetteſſen et Holthuſen, ac nouem manſos ſitos ad Holthuſen et loco horum bonorum in feudum obtuliſſe eccleſiae Moguntinae proprietates ſuas *Thidericum* de *Hardenberge* et *Fridericum* de *Roſtorp*, milites, priorem nempe manſos decem, in villa Tudingehuſen ſitos, et poſte-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poſteriorem tres manſos dimidiumque, ſitos ad villam Luttelenſnen vnumque in Marta-
geshuſen ex conſenſu vxorum et heredum. Datum apud Mulhuſen 7 Kal. Aug. 1287
Pontificatus ſui anno ſecundo.

THEODERICVS miles dictus de *Hardenberge* teſtatum facit, coenobitas Amelun-
gesbornenſes vnum manſum et aream ipſi innexam, ſita in villa et campo Holthuſen,
conſenſu heredum emiſſe, ac conſentire fratres ſuos *Bernhardum*, *Hermannum*, *Hilde-*
brandum, et *Bernhardum*, ac filios fratris ſui Dethmari *Iohannem*, *Dethmarum*, *Borchardum*
filiasque *Alheydem* et *Mechtildem* ac inſuper omnes ſuos heredes. Sigilla addiderunt di-
plomati Otto de Boventen et Iohannes de Herſte. 1297.

IOHANNES famulus dictus de *Aſſche* conſenſu filiorum Iohannis et Dethmari vnum
manſum ſitum in campo Holthuſen, in feudo a *Theoderico* dicto famulo de *Kerſtelingero-*
de poſſeſſum, vendidit Amelungesbornenſibus, recepto vno manſo in Moringe. Te-
ſtes Dethardus miles de Roſtorp, Ludolphus famulus de Gladebeke et Theodericus de
Kerſtelingerode aliique. 1299.

HILDEBRANDVS famulus de *Hardenberge* conſenſu fratrum, ſcilicet *Bernhardi* Hil-
deſemenſis Canonici et *Hermanni* Mindenſis Canonici ac *Bernhardi* fratris iunioris ac ſo-
rorum *Alheydis* atque *Mechtildis* et patruelium *Iohannis* et *Burchardi* famulorum de *Sal-*
dere, et Wernheri nepotis ſui famuli de *Balnhuſen*, vendit Amelungesbornenſibus man-
ſum vnum ad villam Holthuſen ſitum iuxta Moringen, 18 marcis argenti puri. Sigil-
lum addidit ſororius ipſius *Ludolphus* famulus de *Oldershuſen*. Conſentiunt filii Hilde-
brandi *Tileko* et *Heneko* et eius filia. Teſtes Otto de Boventen, Hermannus de Har-
denberg, Conradus et Lippoldus fratres de Benekenhuſen, Ar. de Stene, famuli. 1303
in die b. Martyrum Tiburtii et Valeriani.

HERMANNVS ſenior dictus de *Hardenberge* tradit Amelungesbornenſi eccleſiae
dimidium manſum ſuum, in Bergoldeshuſen pro tribus marcis et dimidia puri ar-
genti. 1248.

THEODERICVS de *Hardenberge* teſtatur, conſanguineum ſuum Bernhardum de
Nouali renuntiaſſe liti, quam ſuper bonis ad Bergoldeshuſen ſitis mouerat eidem ec-
cleſiae. 1270.

HERMANNVS ſenior, *Bernhardus* et *Theodericus* fratres, item *Hermannus* iunior et
Guntherus fratres, omnes dicti de *Hardenberg*, notum ſingulis faciunt, eccleſiam Ame-
lungesbornenſem comparaſſe $16\frac{1}{2}$ marcis puri argenti duos manſos ad Snetingehuſen ſi-
tos a Johanne de Snetingehuſen, qui eos ab ipſis titulo feudali obtinuerat; ipſos vero
proprietatem eorumdem manſorum, receptis ſeptem marcis et nouem fertonibus puri
argenti, contuliſſe coenobio Amelungesbornenſi. Teſtes Hardenbergii memorati et
Otto Aduocatus de Balenhuſen. 1247.

THEODERICVS de *Hardenberg* teſtatur, Johannem de Snetingehuſen, renuntiaſ-
ſe actioni in bona Snetingehuſenſia, a patre Iohanne Amelungesbornenſibus vendita,
ſuſceptae, receptis $2\frac{1}{2}$ marcis ac moldero ſiliginis. 1262.

HILDEBRANDVS et *Bernhardus* fratres dicti de *Hardenberge* et *Iohannes* ac *Borchar-*
dus fratres de Saldere diſſenſionem compoſuerunt ſuam cum Domino Bertramo Abbate
Amelungesbornenſi ſuper portione lignorum in ſilua villae ſuae Hildeſſen, quae portio
Amelungesbornenſibus tribuenda erat ex parte agrorum ſuorum ad villam Bercholtes-
huſen, tunc deſtructam. Teſtes viri nobiles Dominus Otto de Boventen ſenior, do-
minus Fredericus de Roſtorp, *Hermannus* miles de *Hardenberge*, et *Engelbertus*, *Wern-*
herus et *Gerhardus* filii eius aliique. 1303 in vigilia b. Catharinae Virginis.

GVNTHERVS de *Hardenberge*, et fratres *Hermannus*, *Bernhardus* et *Theodericus* filii
Domini Bernhardi de Hardenberge ius ſuum et beneficium feudale in decimam villae
Syburgehuſen Amelungesbornenſi eccleſiae conferunt, receptis ſeptem marcis puri ar-
genti a Domino *Theoderico* Abbate. Eum in finem Guntherus decimam conſenſu here-
dum *Godeſcalco* de *Permont*, a quo eam in beneficium receperat, reſignauit. Actum et
datum Rodhe a. 1245. Eidem ad eum annum teſtes ſunt in diplomate Henrici Præpo-
ſiti Heiligenſtadenſis.

IODOCVS de *Hardenberge* famulus publice declarat, ſeſe vendidiſſe Gebehardo Ab-
bati Amelungesbornenſi locum ſiluae, ſitum in Scherenberge, cum ſolo, fundo et li-
gno, quem tenuerat *Didericus* parens ipſius iuxta portionem patruelis ſui *Hanſi*, 14 flo-
renis renanis, reſeruato redemtionis pacto. 1505 die Martis intra Pentecoſten.

Ad p. 1566 et Huckelenſes.

Henricus Dei gratia Praepoſitus, Lutgardis Abbatiſſa et totum collegium ſanctimo-
niali-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nialium in *Hockelem* permutarunt agros cum coenobio Amelungesbornenſi 1301. in die Aegidii Abbatis.

Ad p. 1569. et Luthardeſſenſes.

Baldewinus Abbas Amelungesbornenſis ſignificat, Conradum Canonicum eccleſiae Eimbeccenſis quatuor manſos, in Luthardeſſen ſitos, ſibi comparaſſe, 50 marcis argenti examinati. 1295. 6 Id. Iun.

Conradus de *Luthardeſſen* famulus vendidit vnam curiam in villa Luthardeſſen et quatuor manſos in villa Deddenhuſen marcis ſexaginta puri et examinati argenti coenobitis Amelungesbornenſibus. Teſtificatur id ſcripto publico Ludolphus camerarius eccleſiae Hildenſemenſis, qui Vredekam Conradi eiusdem ſororem duxerat. Fideiubent Ludolphus et pater Conradi Ecbertus ac *Conradus* de *Gandersheim* milites pro filiabus Ermegarda et Vredeka. Teſtes Theodericus de Stochem, Thidericus de Zellenſtede milites, Iohannes et Arnoldus de Doteſſen fratres, Conradus de Piſcina, Hermannus de Wetenſen, Arnoldus et Hermannus de Holthuſen, alii. 1295.

Henricus et *Albertus* fratres de Luthardeſſen famuli ex conſilio et conſenſu fratris *Hermanni* omnia ſua bona in Aderoldeſſen, tam in ſiluis quam in campis obligant Hermanno et Vdoni fratribus dictis Hegeren pro quinque marcis argenti depurati, ita, vt ipſi ea quotannis infra feſtum B. Michaëlis et feſtum Paſchae redimere poſſent. 1324. in octava Agnetis Virginis.

Henrici filia fuit Richardis, vxor Aſchwini militis, dicti de Steinberge, circa annum 1334.

Ad p. 1580. et Steinbergios.

Sigfridus Dei gratia Praepoſitus, Prioriſſa totusque conuentus eccleſiae in Lammeſpringe vnum manſum ſitum in Edingehuſen, qui titulo donationis a Domino *Aswino* de *Steinberg* pro remedio animae generi ſui Domini *Henrici* de *Achem* ad ipſos ſpectauerat, eccleſiae Amelungesbornenſi dimittunt poſſidendum, vt ſingulis annis 12 ſolidos coenobio Lammeſpringenſi ſoluerent. 1283 in die S. Bartholomaei Apoſtoli.

SIGFRIDVS Epiſcopus Hildenſemenſis declarat, Conradum de Vredene filium Walteri renuntiaſſe in bona, ad Edingehuſen ſita et quinque talentis, a coenobio Amelungesbornenſi dari ſolitis. Confirmarunt ſcriptum Arnoldus Decanus, Bernhardus Scholaſticus, *Geuehardus* cellerarius Halberſtadenſis, Canonicus Hildenſemenſis, *frater Epiſcopi*, Aswinus de *Steinberg*, Theodericus de Seveken, Iohannes de *Herſle* milites. 1283. 10 Kal. Iun.

Gerhardus famulus dictus de Vreden, filius Wolteri de Vreden, renuntiat iuri ſuo ſuper quaedam bona in Edingehuſen pro Amelungesbornenſibus. Sigilla adiunxerunt *Conradus* de *Steinberg*, Ludolfus camerarius, et Gerhardus de Ganderſem milites. Teſtes Gerhardus, Gerhardi militis commemorati filius et Conradus Gerhardi de Vrede frater. Datum 1295 dominica *Oculi mei* in caſtro Winzenborg.

OTTO Epiſcopus Hildenſemenſis confirmat donationem Theoderici militis de Stockem, qui coenobio Amelungesbornenſi decimam Edingehuſanam donauerat, acceptis ab eo talentis triginta. Teſtes Halco maior Praepoſitus, Volradus Montis Praepoſitus, Hoierus Scholaſticus, Lippoldus Cantor, Arnoldus de Wereberg, Hildenſemenſes Canonici. Ludolfus de *Cramme*, Conradus de *Elvede*, Albertus *Bock*, Erneſtus Pincerna, *Conradus* de *Steinberg*, Thidericus de *Hardenberg*, Henricus de Hanſtein, Iohannes de Wulvingen milites. Datum Poppenburgi a. 1272. 4 Id. Iulii.

Conradus de *Steinberge* donat eidem coenobio duos manſos, in Elingehuſen ſitos, receptis octo marcis argenti examinati. Inter teſtes ſunt obuii Eilardus de Bruggen et Conradus frater, Giſeco de Sacko, Arnoldus de *Holthuſen* et Philippus frater eius, Conradus de Haddinſtede a. 1281.

SIGFRIDVS Epiſcopus Hildeneshemenſis teſtatur publico ſcripto, ſe præſente Ravenonem et Ludolfum fratres, de Cople dictos, coenobitis eisdem interventu 8 talentorum denariorum Hildenſemenſium vendidiſſe manſos duos ac libere reſignaſſe Walthero et huius conſanguineo Hermanno, dictis de *Vredene*: hos porro eos reſignaſſe in manus Epiſcopi, conſentiente Waltheri filio Conrado: ſe eosdem donare coenobio Amelungesbornenſi, additis ibidem in Edingehuſen tribus aliis manſis et donatione Conradi de Steinberge confirmata. Teſtes Iohannes Maior Praepoſitus, Arnoldus Decanus, Volradus Montis Præpoſitus, Hermannus de Dasle, Bernhardus de *Dorſtat*, Bernhardus de *Meinerſen* Canonici, Asquinus et Conradus fratres de *Steinberg*, Sigfridus de *Rutenberg* milites. 1282. 6 Non. Iul.

CON-

CONRADVS et *Henricus* pater et filius, dicti de *Steinberg* vendunt quinque areas, 2 curias et 7 manſos et omnia, quae tenuerant in villa *Esbeke apud Edingehuſen* Amelungesbornenſibus acceptis 44 marcis argenti examinati. Pro Conradi filiis impuberibus *Conrado, Iohanne* et *Giſela* fideiuſſerunt Sigfridus de Rutenberg, pater et filius, Henricus de Steinberg filius Conradi fratris. Teſtes Baldewinus Abbas Amelungesbornenſis, Gerhardus de Ganderſem aliique. Actum et datum Hildenſem 1293. 6 Kal. Iul. Donationem confirmauit peculiari diplomate Sigfridus Epiſcopus Hildenſemenſis. Inter teſtes comparet Albertus *Bock* 1293. 6. Kal. Iul. *Volradus* Dei gratia Praepoſitus montis S. Mauritii ad Hildenſem ſeorſim adiunxit ſuam confirmationem, eodem anno et die.

Baldewinus de *Steinberge* miles, Advocatus in Winzenburg, reſignat Domicello Ottoni, filio nobilis viri, Henrici b. m. quondam Comitis in Woldenberge, omne ius feudale 3½ manſorum, in campo villae Nanekeſſen ſitorum. Teſtes Lippoldus de *Dalem*, Ecbertus de *Vreden*, Iohannes de Doteſſen ac Erneſtus de Stockem famuli. 1306.

Hildemarus de *Steinberge* miles compoſuit controuerſiam inter Henricum Plogere et coenobium Amelungesbornenſe exortam, aſſumto arbitro Hermanno de Germerſen 1324. poſtridie b. Nicolai Epiſcopi.

Aſchwinus de Steinberge miles de conſenſu Richardis vxoris, Conradi filii et Swenekenfiliae, donat eidem coenobio, pro damnis violenter illatis, tertiam partem quinque manſorum in Aderoldeſſen et alia, quae ex hereditate vxoris, filia Henrici de Luthardeſſen, acceperat. 1340 poſtridie b. Martini Epiſcopi et Confeſſoris.

Idem renuntiat iuri ſuo in bona ab Henrico de Luthardeſſen Amelungesbornenſibus donata, a. 1342.

Ad p. 1594 et Wrisbergios.

In Viri Perilluſtris Rudolfi Ioannis de Wrisberg bibliotheca, exſtant praeter libros alios raros ac praeſtantiſſimos rariſſima haec monumenta: 1) *Indicis librorum expurgandorum in Studioſorum gratiam confecti Tomus I, in quo quinquaginta auctorum libri, prae ceteris deſiderati, emendantur, per Fr. Io. Mariam Braſichellen S. palatii apoſtolici magiſtrum, in vnum corpus redactus et publicae commoditati editus*, *Romae* 1607. 8. De eius ſuppreſſione videndus Chriſtianus Thomaſius in Obſerv. ſelect. Halenſ. To. III. Obſ. VI. p. 140. Expurgantur vero in hocce Tomo libri Alberti Argentinenſis, Alberti Kranzii, Amati Luſitani, Andreae Maſii, Arnoldi de Villa noua, Beati Rhenani, biblia Ben. Ariamontani, ac Roberti Stephani N. T. praeterea bibliotheca Sanctorum Patrum, opera Caroli Molinei, Franciſci Duareni, Hottomanni, Hieronymi Cardani, Iohannis Bodini, Iohannis Carionis, Simleri, Lemnii et aliorum. 2) *Baptiſtae Sacchi Cremonenſis ex vico Platina, vulgo appellati Platinae, Hiſtoria inclutae vrbis Mantuae et Sereniſſimae familiae Gonzagae, in libros ſex diuiſa, et nunc primum ex auguſtiſſima bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi a Petro Lambecio S. Caes. Mai. Conſiliario, Hiſtoriographo et Bibliothecario, in lucem edita atque neceſſariis annotationibus illuſtrata.* Vindobonae 1675. 4. Gabriel Naudaeus crediderat, librum hunc in rerum natura haud exſtare. Vt venditio libri prohiberetur, effecit Eleonora Gonzaga, vidua Ferdinandi III Imperatoris. Conf. Tenzelii curieuſe Bibliothec a. 1706. p. 268. 3) *Martyrologium Romanum ad nouam Kalendarii rationem et eccleſiaſticae hiſtoriae veritatem reſtitutum, Gregorii XIII Pontif. Max. iuſſu editum, autore Caeſare Baronio* Sorano Congregat. Oratorii Presbyteri Venet. 1597. 4.

4) *Iohannis Hevelii Machinae caeleſtis Pars prior* Gedani 1673. fol. *Pars poſterior* 1679. Prior complectitur iconas ac deſcriptiones inſtrumentorum aſtronomicorum; poſterior rerum caeleſtium obſervationes. Libro eſt raritas ob incendium. 5) *M. Gottliebi Balduini Epiſtola ad incomparabilem Mathematicum Iohannem Hevelium, Reipublicae Gedanenſis conſulem, de eius machina coeleſti, maxime vero de Proteo ſuo hyperbolico nouo aliisque ſpeculis praegrandibus chalybeis paratis.* Ratisbon. 1679. 4. 6) *Summum bonum, quod eſt verum Magiae Cabbalae Alchymiae verae fratrum roſae Crucis verorum ſubiectum, in dictarum ſcientiarum laudem et inſignis calumniatoris fratris Marini Merſenni dedecus publicatum per Ioachimum Fritzium* a. 1629. fol. Invenitur hicce liber rariſſimus in Roberti Fluddii ſeu de Fluctibus Opp. Tomo VI. qui et autor eius veru haud temere a doctis exiſtimatur. 7) Eiusdem *Sophiae cum Moria certamen, in quo lapis Lydius, a falſo ſtructore Franciſco Marino Merſenno Monacho reprobatus, et celeberrima voluminis ſui Babylonici in Geneſin figmenta accurate examinantur, autore Roberto Fludd, alias de Fluctibus, Armigero et Doctore Medico Oxonienſi*, a. 1629. Ni fallor, hic liber etiam Tomo VII Operum Fluddii habetur. 8) *Vidua Chriſtiana per Deſiderium Eraſmum Roterodamum ad Sereniſſimam pridem Hungariae Bohemiaeque Reginam Mariam, Caroli Caeſaris ac Ferdinandi Regis ſororem.* Opus recens natum. In dedicatione vox *mentis* in *mentulam* a typographis nefariis conuerſa perhibetur. *Liber Lactantii Firmiani de Opificio Dei per Deſid. Eraſmum Roterodamum recognitus, et illuſtratus Baſiliae in officina Frobeniana* 1529. 8. 9) *Bibliotheca Hiſpana, autore D. Nicolao Antonio Hiſpalenſi, I. C. ord. S. Iacobi equite, patriae eccleſiae Canonico, regio in vrbe et Romana curia procuratore generali, Romae ex officina Nicolai Angeli Pinaſſii* 1672. *fol.* Liber eſt optimus, in hiſce terris rarus, et ſua aetate completus. Vid. Morhofi Polyhiſt. L. I. p. 76. 206. Iac. Frid. Reimmannus L. I. de Mediis perueniendi ad hiſtoriam literariam p. 318. P. Baelii To. I. Diction. p. 295. 10) *Caſparis Taliacottii Bononienſis Philoſophi et Medici praeclariſſimi, Theoricam ordinariam et Anatomen in Gymnaſio Bononienſi publice profitentis, de Curtorum Chirurgia per inſitionem libri duo, in quibus ea omnia, quae ad huius chirurgiae, narium ſcilicet, aurium ac labiorum per inſitionem reſtaurandorum cum Theoricen tum Practicen pertinere videbantur, clariſſima methodo cumulatiſſime declarantur. Venet.* 1597. fol. 11) Teutſche Bibel in folio a. 1483 Noribergae per Anthonium Koburgerum. Litterae initiales ſunt auratae et adſabre pictae.

IN-


TAB: I.
Fig: I.
SIGILLVM ECCLES. GANDERSH.
SIGNVM · SANCTI · INNOCENTII · PAPE
A. 1148.
II.
HERMANNVS COM: WINCEN-BVRG.
HERMANNVS DI GRA COMES DE WINCENBVRCH
A. 1148.
III.
Sigfridus Northeim C.
IV.
SIGILLVM COMITVM DE WOLDENBERHE
A. 1249.
SIGILLA COMITVM DE WOLDENBERG.
V.
SIGILLVM COMITIS HOYGERI DE WOLDENBORC
A. 1265.
VI.
S' HENRICI COMITIS DE WOLDENBERCK
A. 1277.
VII.
S' HERMANNI COMITIS DE WOLDENBERCK
A. 1277.
VIII.
A. 1285.
IX.
A. 1352.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB: IV.

Fig: XIV. HENRICVS. II.

A. 1008.

XV.

A. 1021.

XVI. CONRADVS. II.

XVII. HENRICVS. III.

A. 1043.

XVIII. HENRICVS. V.

XIX. CONRADVS. II.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB. V.

Fig. XX. FRIDERICVS . I.

XXI. OTTO. IV.

A. 1216.

XXII. WILHELMVS.

XXIII. CARO= LVS. IV.

XXV. LOTHARIVS.

A. 1134.

XXIV.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB: VI.

Fig: XXVI. MAXIMILIANVS. II.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

Anno. VIII. *Pontificatus.*

XXX.

Anno. *1519.*

XXXI.

Annulus piscatoris.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB: VII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB: VIII.

Fig: XXXII. SIG. RUPERTI REGIS.

A. 1405.

Fig: XXXIII. SIGISMUNDUS.

A. 1417.

XXXIV. FRIDERICUS. III.

A. 1488.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB: IX.

Fig: XXXV. CAROLVS. V.

A. 1530.

XXXVI. CAROLVS. VI.

A. 1714.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB: XVII.

Fig. I.



II.

III.

IV.

Sophia Canonissa Custoditrix.

A. 1452.

VI.

A. 1531.

V.

A. 1447.

VII.

VIII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB. XXIII.

Fig. I.
FRIDERICVS ELECTOR BRANDENB.

A. 1457.

II.
JOACHIMVS.

A. 1510.

III.
JOACHIMVS.

A. 1550.

V.
JOACHIMVS FRIDERICVS.

A. 1598.

IV.
JOHANNES GEORGIVS.

A. 1572.

VI.
JOHANNES SIGISMVNDVS.

A. 1610.

VII.
JOHANNES SIGISMVNDVS.

A. 1614.

VIII.
GEORGIVS WILHELMVS.

A. 1622.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB XXVII. Fig: I.
COM: EVERSTEIN.
+S: LUDEVICI COMITIS D.G. HAVERSTEND
II.
COM: EVERSTEIN.
+S. COMITIS CONRADI DE EVERSTEN.
III.
COM: GLEICHEN.
+S HERMANNI DEI GRA COMITIS DE GLYCHEN
A. 1333.
IV.
COM: HALREMUNT.
+S' GERHARDI COMITIS DE HALREMUNT
A. 1309.
V.
COM: HOJA.
s' iohannis comitis de hoya
A. 1433.
VI.
COM: DE HOHENSTEIN.
VII.
HOMBORG.
BORG + SIG ILLUM BODONIS DE HOM
VIII.
HOMBORG.
IX.
COM: DE LAUTERBERG.
X.
LORA.
+S. BERENGARI COMITIS DE LARA
A. 1221.
XI.
COM: PEINA.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

TAB: XXXVI.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tab. I. Geogr. Arcem HEIDEMINDAM et tractum adiacentem, qui vulgo WEDEMER HEIDE vocatur repræſentans.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tab.II. Geogr: *Bena Calchemenſia in* DVCATV MONTANO.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tab. III. Geogr: Pagus WINIDON, GERMARENEMARCVS seu Germaramarcha, et DVNTSTEDIRNAMARCHA.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

VO

A

Abbatiſ
maio
ſq.

Abbenl
Abraha
Accurſi
Achtwe
Ackenh
Adalbe
Adalbe
Adalha
Adami
Iſaac
Adamu
fauer
Addila,
Adela C

Adela,
filia
Adelbe
ma
Adelbe
Adelbe
Adelbe
Adelbe
Adelbe
Adelbe

Adelbe
Adelber
Adeleſh
de Adel
a. 14
Adelhei
red
Adelhei
facta
Adelhei
burg.
Adelhei
Adelhei
cta 69
Adelheid

Adelheid

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf